(Sagerus) C. Stellmann

REPLICA

contra periculosa scripta post Scru
tinium diuine scripture iam pridē
emissum emanata.

De
- Uotis monasticis
- Constitutionibus ecclesiasticis
- Sacrificio sacrosancte Eukaristie
- Sacerdotio noue legis.
- Potestate Apostolica
- Cū adiectione responsionis ad tria obiecta.

Reuerendi patris Casparis Sasgeri fratrū minorū per su
periorem germaniam prouincialis Ministri.

In replicam de uotis monasticis prefatio.

Caspar Sasgerus Minorice familie alumnus Candido lectori salutem.

Esdre. 3. Zorobabel superno collustratus lumine a patre luminū eruditus. In ueritatis erumpens preconium inquit. Magna est terra et excelsum est celum/et uelox cursus solis conuertit in giro celū in locū suum in una die. Nonne magnificus est qui hec facit. Et ueritas magna et fortior pre omnibus. Omnis terra ueritatem inuocat. Celū etiam ipsam benedicit et omnia opera mouentur et tremunt et non est cum ea quicquam iniquū. Nec est apud eam accipe personas neqꝫ differentias. Et non est in iudicio eius iniquū sed fortitudo et regnum et potestas et maiestas omnium euorum. Manet enim et inualescit ineternum. Preconio huic clarissimo scintilla quoqꝫ diuinitus nobis indita adstipulatur que deprecatur ad optima. Qua ardenti cupidine ueritatem exoptamus. Cupitā peruestigamus compertam
Sap. 8. brachijs amoris stringimus artius. Nimirum neqꝫ enim habet amaritudinem conuersatio illius. Nec tedium cōuictus eius sed leticiam et gaudium. Hec est candide lector que ad diuinarum nos literarum tum incitat tum inuitat indaginem ut sufficiat minime semel conquisisse/uerum repetitis et uicibus et uiribus infatigabili conatu: orando: legendo audiendo: meditando: tam diu ad illius pulsare fores quo ad benedictus deus ueritatis uel improba nostra uictus instantia adaperiat ad illius suspiciendos radios ꝑ cordia nostra. Ipsa namqꝫ magis agitata clarius splendescit huius allecti amore materias nuper ꝑ nos minutim uētilatas Ad incudē sub malleum reuocemus/ rubiginem interea contractam absterfuri Nec non eas locupletaturi quantū deus maximus optimus sua donauerit gratia. Tu itaqꝫ comes assistito indiuiduus Singulaqꝫ solertius mastica. Vale.

Saluator benedictus Iudeis perquirentibus. Tu quis es respondit/principium qui et loquor uobis de hoc tractaturi principio/ ab ipso merito exordium sumimus q in apocalipsi ait. Ego sum alpha et o principium et finis. Principiū omnipotentia sua cuncta in esse producendo/finis omnia in seipso consummando/ sicuti omnia flumina ex abisso erumpunt in quem fluxu infatigabili redeunt. Hocq3 pacto circulum figurarū perfectissimam capacissimamq3 in puncto consummant. De hoc summo bono sub ratione principij omniū tractare nō est presentis speculationis. Quia aūt omnia propter semetipsum fecit altissim9. Omia propter gloriam suam finaliter ut in eius gloriam regerantur omia De hoc uberior nobis tractandi subministratur materia ut et finē nostrum ultimum agnoscamus/Et media quibus ad ipsum peruenitur inquiramus. De hijs duobus presens tractabit conatus.

Joan 8.
Apoc. 1.
Eccle. 1.
Pro. 16

Indago Prima.

Finis omnium unus est deus benedictus/Immense maiestatis/ propter quam ostendendam omnia/Infinite bonitatis in qua cuncta quiescunt. Quo ad maiestatem Regi seculorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum amē. Hec gloria in diuersis creaturis diuersimode lucet secundū ipsarum creaturarum differentiam. Nam cum gloria dei perspicue clareat in omnibus/prestanti9 in nostra cōmendatur intellectuali utpote In qua/ et a qua resultare debet dei gloria. In rebus creatis ceteris glorificatur deus sed non ab ipsis. Quippe que intelligentia carent et solum preseferunt uestigium. Angelus et homo quia imagine redimiti diuina/ac per hoc intelligentia prediti quaet opificē et eius agnoscunt opera duplici Iure/diuine addicti sunt glorie. Nempe ut tales sint in quibus et a quibus deus glorificetur benedictus. Et in primo quidem reprobi ab electis selegantur minime. In utrisq3 em̄ deus glorificatur etsi modo plurimum discrepante. Nam in reprobis gloriosus elucet deus modo materiali obiectali et extrinseco/dum ꝑ eos materia et obiectum prestatur electis incomprehensibilia recognoscendi iudicia diuina/testimonio Pauli de Esau et Iacob prophеticum pertractantis oraculum / Nihilominus et modo instrumentali dum ipsis deus ut ministris ad iudicia sua exequēda utitur in electorum clarificationem et si preter/uerius et cōtra eorum intētum malisque gratibus Alioquin nec terra eos sustineret. Alio mo

1 thi. 1.
Mala 1.
Rom. 9.

do deus benedictus glorificatur/ et longe diuerso in suis electis In quibus mirabiliter relucet. Ineffabilia sua eis cōmunicans charismatum dona Hijsqꝫ incomprehensibilibus ipsos in seipsum reducens primordiale principium. Et quod desideratissimum est/ seipsū eis imensa liberalitate donans secundū/ iusiurādū qd iurauit
Luce. 1. ad abraham patrem nostrū daturū se nobis. In quo omnium autore omnia possident dicente apostolo. Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non omīa
Rom. 8. cum illo nobis donauit. Hoc duplici modo deus benedictus electis se cōmunicans uidelicet. Et in suis donis et in seipso tam mira efficacia sursum eos agit et in se transformat ut eorum cum caro tū cor exultent in deum uiuum. Ac totis ipsum uiribus glorificent.

Indago Secunda.

Uerum hoc locupletioris dignationis diuine est ꝙ deus gratui-
Joan. 6. to modo anime illabitur quam ꝙ anima in diuina effertur. Quanꝗ inseparabiliter sese comitentur saluatore dicente. Qui manducat carnem meā et bibit sanguinem meū in me manet et ego in eo. Hoc est. Manet et manetur inhabitat et inhabitatur. Hoc enim ipso ꝙ
Jo. 14. deus stupenda et nobis incomprehēsa dignatione/ gratuito illapsu animam ingreditur/ deiformem eam efficit/ et in seipsum transfert et transformat. De prima inhabitatione saluator ait Si quis dili-
2 Cor. 6 git me sermonem meum seruabit et pater meus diliget eum et ad eum ueniemus et mansionē apud eum faciemus: Et Paulus uos
Leuit. 26 estis templum dei uiui sicut dicit deus quoniam inhabitabo in illis et inambulabo inter eos et ero illorum deus et ipsi erūt mihi populus. De secunda idem. Qui adheret deo unus spiritus est.
1 Cor. 6.

Consectarium.

Beatior est anima hoc ipso ꝙ diuina maiestas ei dignatiue illabitur/ gratuito eam inhabitat/ in ea deliciatur iuxta illud. Delitie mee est esse cū filijs hoīm. Necnō in ipsam diuinissima sua operatur et
Pro. 8. influit donorum charismata/ ꝗ quod ipsa et cognitione et amore in diuina rapitur. Per primam nempe in deum unionem/ anima glorioso sponse dei adornatur titulo/ fecundaqꝫ uerbo dei/ spiritu sancto irrorante et uirtute altissimi obumbrante redditur. Cuius felicissimi conceptus uterus est amplissima illa essentie anime capacitas diuinitatis receptaculū et proprijssimus deo thronus in quem solus ingreditur. Solus in eo residet/ quem et luce collustrat inac-

cessibili omni creature occlusus/hunc sibi thronum predefinitione eterna/ diuina fabricauit sapientia. Que enim amplior dignitas nature conferri potuit create (selegata ea qua in unitatem persone diuine humana est assumpta natura) q̄ ut esset deitatis thronus deliciosus/immensitatis capax/deoq̨ copulanda ut sponsa sponso. In qua deus pater uerbum suum quod in eternitate ex diuinitatis sue utero ante luciferum genuit. In tempore aut euo ineffabili modo generaret: Porro per secundam in deum unionem quam ipsa anima (per primam iam deiformis effecta) in diuina agitur/ copulatur cognitione et amore ipsi deo ut fruibili obiecto. In quo finaliter ut in summo quiescat bono.

Indago Tertia.

Has ad deum uniones Sublimiori elogio diuina explicat scriptura unitatis utens uerbo/ut magis dicantur unum q̄ uniti/testatur Saluator pro discipulis patrem exorans dum ait. Pater sancte serua eos per nomē tuū q̄s dedisti mihi ut sint unum sicut et nos. Et infra. Non pro eis autem rogo tantum sed et pro hijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te/ut et ipsi in nobis unum sint Unum inquit. Non uniti. Et apostolus. Qui adheret deo unus spiritus est/ut merito dij nuncupentur quos tali modo inhabitat diuinitas et in deū tam deiformiter transferuntur. Joā. 17. 1 Cor. 6.

Indago Quarta.

Claret ex hijs inter has ad deum uniones aut hos modos unitatis cum deo/differentia. In primo unitur deus anime In secūdo anima unitur deo. In primo/essentia diuina unitur essentie anime. modo nobis incomprehenso/ quā unionem scriptura explicat diuina sub methaphora sponsi et sponse/pro statu uie dicente Johanne. Uidi ciuitatem sanctam Jerusalem nouam descendentem de celo a domino paratam tanq̄ sponsam ornatam uiro suo. Et Esaias ait. Gaudens gaudebo in dn̄o et exultabit anima mea in deo meo quia induit me uestimentis salutis et indumento iustitie circūdedit me quasi sponsum decoratū corona et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Pro statu autem patrie sub tipo uxoris/matrimonio perfecto copula consummato Unde Jo. eo. li. in persona beatorum Gaudeamus et exultemus et demus gloriam deo quia uenerūt nuptie agni et uxor eius preparauit se. De hoc et apostolus Exhibebit si Apo. 21. Esa. 61. Apo. 19. Ephe. 2.

bi ecclesiam gloriosam non habentem maculam aut rugam. In secū do anima unitur deo ut obiecto beatifico quia cum apparuerit si miles ei erimus et uidebimus eum sicuti est. In primo deus fruitur seipso in anima. In secundo anima fruitur deo / Sicq; primus uni
1 Jo. 3. tatis modus essentiam / secundus potētias et operationes respicit.

Indago Quinta.

Has ad deum uniones siue unitatis modos in patria esse con sumatissime / in lumine fidei est conspicuum Secundum differen tes tñ perfectionis gradus iuxta illud saluatoris. In domo patris
Joā. 14. mei mansiones multe sunt. Et illud Pauli stella differt a stella in claritate sic erit et resurrectio mortuorū quibus deus glorificatur
1 cor. 15. et in electis et ab electis. Nam huic statui finali omnem damus con summationem.

Indago Sexta.

Omnia ad nature humane perfectionem spectātia que beatis do nata sunt et donabūtur in patria cōsummate / donantur electis inici atiue in uia / cum ecclesia militans a triumphante sit exemplata ut au ctoritas S Jo. prenotata. Vidi ciuitatē sanctā descendentē indicat Quod et in oratione petimus dñica. Adueniat regnū tuū. Ob hoc
Apo 21. duplicem depingit scriptura beatitudinē uie uidelicet et patrie. Eos in uia beatificās qui precellentibus dotati charismatibus efficacius caducis calcatis in diuina et eterna ferūt ut claret beatitudines euol uendo literis diuinis cōmendatas. Tales em̄ fide firma / certa spe / caritate ardenti. Nec non perfectionis operibus tanq̄ diuina qua driga suffecti celo proximant et in eternis mansionibus dextrum fi gunt pedem. Et quia presens militans ecclesia domus quoq; dei pa tris est. Consequens est q̄ et in ipsa mansiones multe sint secundū diuersos donorū et meritorū gradus i mensura donationis christi mansionibus eternis equo libramine quadrantes. Hinc in eccle sia diuerse uocationes / differentes status / exercicia et opera uaria q̄ bus ea que cuiq; adulto per eternam sapientiam predestinata est / adi pisciur gloria.

Indago Septima.

Ut añt noticiā ueri israhelite minutā saltem de promissa uiuen tiū terra caperēt. Exploratores eorū non illi perfidi / bonitati terre
Nu. 13. detrahentes. Sed sancti uiri diuinorū uoluminū scriptores diuinit⁹ illustrati exemplar militantis ecclesie in monte sublimi contemplan

tes/fructus quosdam ad israhelitarũ castra aduexerint. Tres signã
ter/ficus uidelicet. Malagranata et botrũ a uiris duobus uecte baiu
latũ. Ciuitatesq; munitissimas/ et gigantes quibus cõparati locu-
ste uidebantur inhabitatores nunciauerint/ ut figurata locutione/
per ficum suauitatẽ intelligamus diuine essentie/per malogranatũ/
multorũ granorum sub uno cortice/ consorcij omnium electorum
iocunditatẽ. Per palmitem cũ uua/ gaudium ex utrisq; consurgens
Nam uinũ letificat cor hominis/ leticia siquidẽ sempiterna erit su- Psa. 103
per capita eorũ gaudium et exultationẽ obtinebunt/ Hunc botrum
duo uecte portant. Nam gaudium ex dei et proximi amore nascitur. Esai. 35.
Porro munitio ciuitatũ securitatẽ notat Sedebit (ait propheta) po
pulus meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis fidutie et in re
quie opulenta Gigantea proceritas beatorũ signat perfectionẽ cui Esai. 32.
nostra comparata perfectio/locustarum presefert imaginem/ Verũ
et si pusilla nostra perfectio illorũ consũmationẽ attingẽs minime Phili. 3.
dicente apostolo. Nõ q; iam acceperim aut perfectus sim. Sequor
si quo modo comprehendã in quo et cõprehensus sum a christo Je
su Nihilominus cũ eodem et nos sequi debemus si quo mõ et nos
comprehendamus et que retro sunt obliuiscẽtes ad ea que sunt pri
ora nosipsos extẽdamus. Hic omĩs profectus nostri scopus/toti9
uite nostre conatus huc tendit ut celicis cõformemur in celis et reue 2 Cor. 3.
lata facie gloriam dñi speculantes in eandem imaginẽ transformẽ- Psal 83.
mur a charitate in charitatem. Euntes de uirtute in virtutem donec
uideatur deus deorũ in sion. Certo scientes quanto celestiũ ciuium
statui ampliori similitudine proximauerit uita et conuersatio no-
stra/tanto locupletiori dotabimur gloria.

Indago Octaua.

Sed o infelix nostra conditio/perditissima nostra natura que cũ
illo cõsummatissimo pugnat statu ex diametro/ auersa et subuersa/
culpa fedata et in seipsam recuruo. Nihil non mali moliens/bonũ
omẽ refutãs et refugiens. Que nisi ex integro mortificata uiuificari
et uere in Christo uiuere. Nisi in nihilum redacta resurgere non pre
ualet/ Verum o deus quanti ad hec expetuntur conatus/quot labo
res et dolores ut ex ueteri extincto nou9 exoriat adã. Nõ est hominis
opus et si nõ oĩno sine hoĩe/ seruire me fecisti in peccatis tuis (ait Esai. 43.
dñs p prophetã) p̃buisti mihi laborẽ in iniqtatibus tuis. Et p aliũ
ait pditio tua ex te israel tantũmõ i me auxiliũ tuũ. misert9 de9 casui Osee. 13.

tam luctuoso per alium prophetam bona intonat. Ego inquit scio
Jere. 29. cogitationes quas cogito super uos cogitationes pacis et non affli
ctionis ut dem uobis finē et patiētiā. Et eas cogitationes in tempo
ris plenitudine effectui mancipauit/ filium in carnem spiritum san-
ctum mittendo in mentem ut filij officium appropriate sit. Culpam
diluere/ patrem placare. Et nouum ei in anima habitaculū prepare.
Spiritus uero sancti. Corda inflammare Sursum agere Et ad om
Luce. 12. ne dei placitum perficiendum promptum et liberum reddere. Hunc
enim ignem saluator uenit mittere in terram quem uoluit uehemen
ter accendi qui summe actiuitatis existens. Non sinit cor torpere
ignauia.

Indago Nona.

Jos. 1. Itaq; filius officiosissime suam exequens legationem et patris
iussa perficiens in carnem descendit quia uerbū caro factum est. Ip-
saq; carnis assumptione eandem in seipso omnium electorum capi-
te ab omni carnis et spūs inqnamēto reddidit imanissimā delicie
sissimūq; diuinitati constituit habitaculum. Hoc idem in omibus
suis facturus membris modo triphario/ patiēdo scilicet instruēdo
Colo. 2. et seipsum exemplar omnis perfectionis exhibendo. Patiēdo siqui
dem cirographum decreti quod contra nos erat e medio tulit affi-
gēs illud cruci et excussa a ceruicib9 nostris diaboli seruitute in liber
Rom. 8. tatem nos euexit non qualemcunq; sed glorie filiorum dei. Porro
ad instruendum doctor nobis datus est a deo patre cuius beneplaci
tum nobis reuelauit clarissime ut si quis uoluerit uoluntatem eius
Joan. 7. facere cognoscet ex doctrina q᷑ a dño sit. De hoc Esaias ait/ Non
Esai. 30. faciet auolare a te ultra doctorem tuum et uidebunt oculi tui prece-
ptorem tuum. De quo exhibito testatur / Hic est filius meus dile-
math 17. ctus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Docuit autem ueri
tatem et iusticiam. Veritatem inquam scripture diuinitus reuelate
cuius ipse solus claues habet/ aperit uerum intellectum lumine suo
reuelando. Et nemo claudit/ seducendo eum quē ipse collustrauerit.
Apoc. 3. Talis enim in tenebris ignorantie et erroris non ambulabit quia
Joan. 8. sequens Christum habebit lumen uite. Claudit lumen hoc subtra-
hendo et nemo aperit. Hoc modo aberrātem / ad ueritatis semitā
reducēdo quia sane doctrine non acquiescit. Unde Paulus hereti-
ad thitū 3 cam hominem post unam et secundā correptionem deuita sciens
quia subuersus est qui eiusmodi est et delinquit cū sit ꝓprio iudicio

cōdemnatus. Justiciam quoqꝫ que ex deo est que per fidē iniciatur Spe roboratur/consūmatur autem charitate/ Ceterū ad nostram imitationē exemplar seipsum exhibuit consummatissimū. In quo uelutiin speculo clarissimo Et maculas nostras cōspiciamus abster gamusqꝫ. Et omnem uitam nostram ad illius cōpingamus imagi nē. In conuersatione autē sua q̄ inter homines uixit deus homo du plicem nobis cōmendauit uitam. Actiuam uidelicet et contemplati uam. Nihilominus quia non modo martham et mariam sororem eius dilexit dominus/uerū q̄qꝫ lazarum. Tertiam nobis innotuit Joā. 11. uitam/penitencialem scilicet/ quam et primū predicauit dicēs. Pe nitenciam agite appropinquabit enim regnum celorū. Sic itaqꝫ tri Math 4 plicem nobis cōmonstrauit uitam sapientia incarnata ad regnum celorum. Penitencialis uidelicet crucis Salubris et uirtuose exerci tationis. Necnon Mentalis sursum actionis ut prima appropria te carni secunda anime tercia spiritui donetur ut sic integer spūs et 1 thess 5. anima et corpus sine querela in aduentu dn̄i nostri Jesu Christi seruetur.

Indago Decima.

Hec triphạria exercitatio et in doctrine et uite Christi imaginē transformatio omnem procreauit monasticen. Que et si cunctis ꝑ loco et tempore necessaria sit adultis fidelibus/iuxta tria dominica precepta Primū penitenciam agite Secundū et Tertiū diliges do minum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima et ex omni mē te et ex omnibus uiribus tuis et proximum tuū sicut te ipsum/ut pe nitencia approprietur carni aut ade ueteri. Dilectio proximi sicut sui ipsius uite actiue que duplicem complectitur dilectionem uidelicet et sui et proximi. Dilectio dei uite contemplatiue omnes sursum actio nes et supermentales complectens excessus/licet inquam cunctis im ponatur cōseruāda fidelibus Illis tn̄ qui ardentiori zelo succensi 2 Reg. 18. per compendium ad Dauid precurrere conantur artius sunt com 2 Cor. 3 plecanda ut sublimiori quodam modo in eandem transformentur imaginem a claritate actiue in claritatem contemplatiue uite suffecti tanq̄ a domini spiritu/En Monastices obiectū motiuum et finis Obiectum gloria dei ut filius dei imago patris glorificetur per eam quam gloriam filius refundit in patrem/ Motiuum in eandem pa tris Imaginem perfecta quantum presentis temporis patitur qua litas transfiguratio. Finis duplex secundum duplicem ad deum uni

onem siue unitatem de quibus supra scilicet perfecta dei quies in anima cum anima se eidem puram Nudam et pacatam exhibet perfectaq₃ anime quies in deo cum et sibi et mundo mortua solum deū concupiscit/Ad ipsum solum suspirat gemitibus inenarrabilibus.
Math 7 Nec pulsando fatigatur donec sibi iuxta promissum saluatoris aperiatur et in thezauros introeat dilecti Indissolubili glutino inextin-
Rom. 8. guibilis charitatis sibi coherens cum apostolo exclamatura. Quis nos separabit a charitate Christi/per spiritumsanctum qui testimonium ei prestat ꝙ filia dei sit Certificata/ꝙ neq₃ mors neq₃ uita nec aliqua creatura eam amodo separare poterit a charitate que est in
Canti. 8. Christo Jesu quia fortis est ut mors dilectio hec. Certa quoq₃ de dilecti redamatione.

Indago Undecima.

Psa. 138 Uerum ad hec quis idoneus? Mirabilis facta est hec scientia a nobis confortata est et non poterimus ad eam. Nam quantum distat ortus ab occidente: per diametrum uidelicet celi tantum distat natura nostra destituta a perfectione hac ut nec prepatorie quidem (faciat quicquid uelit aut p naturā possit) ei ualeat proximare. Natura inquam destituta. Nam gratia diuina excitata/agitata/confortata surget cum prodigo filio in regione longinqua profectura ad patrem. Delicta recognitura et reconciliationem quesitura hoc q₃ pacto quippiam faciet quod in se est. Porro edificij huius et inchoandi et consummandi magisterium spiritui sancto est reseruatum. Qui ad hoc a patre et a filio missus est ut post fundi purgationem et omnium offendiculorum lapidum et lignorum per filium dimotionem ipse in solo sic coaptato fidei fundamenta iaciat ac uere spiritualis uite fabricam ad summum usq₃ erigat et consummet de
Joā. 14. quo saluator ait. Paracletus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo ille uos docebit omnia.

Indago Duodecima.

Ad hec Religiones scole quedam sunt/spiritussancti inspiratione et ducatu a uiris sanctis institute in qbus prefata tria Cristiana exercicia uidelicet penitentialis crucis/fructuose operationis. Et mētalis sursum actionis indefesso frequententur studio. Que duplicata senarium constituunt graduum Numerum quibus ad ueri Sa-

lomonis conscenditur thronum / Pro reformanda nempe nostra natura destituta duplex crux est complectenda Una qua spiritus Alia qua caro macteturut sic totus adam uetus cruci confixus moriatur / Porro fructuosa operatio actiuam respectans uitam dum per charitatem / et ipsũ operantẽ adornat et proximo obsequitur medios duos constituit gradus / Ceterum mentalis sursum actio per Intelligentie radios et amores extaticos in diuina / supremos efficit gradus quibus transcensis dilectus inuenitur totus desiderabilis. Non abnuimus in omni statu cristiane religionis ad omnem perfectionem uiatori possibilem hominem posse pertingere Sed cõpendiosis perfectio apprehenditur. Et celerius ac expediciùs ad brauium curritur in scolis istis spiritussancti bene institutis.

Indago Tertiadecima.

Pro luculentiori horum deductione / Enucleacius prefati sunt explicandi gradus / ut innotescat clarius quam salubriter per spiritũ sanctum est instituta monastices Horum primus inicialis et fundamentalis est carnis mactatio. Necessarius utiqꝫ Quo non supposito ordinatus ad reliquos non patebit aditus Mactatur autem caro in ara crucis per Jeiunia et abstinentias / uoluptatum ueluti fomentorum subtractionem. Asperitatem uestium / Vigilias / Penuriarum tolerantias et quecunque afflictiua monasticis usualia / pro fecto si oportuit pati Christum et ita intrare gloriam suam / Nos alia non conscendemus q̃ per crucem uia / Hec unica ad deum scala est cui ipse quoqꝫ innititur / Hec autem penalia exercitia uirtutes quidem non sunt. Nec sanctum efficiunt / utilia tamen sunt Paulo teste / nõ modicum sed plurimum / ad modicum tamen Ait enim. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est / respectu scilicet uere pietatis ad quam inducebat thimotheum. Ipsa enim pietas ad omnia ualet Corporalis autem asperitas ad edomandam et infrenandã carnẽ utilis est. Et nõ mõ utilis sed et necessaria adstipulãte paulo Mortificate membra urã que sunt sup terrã Et q̃ christi sũt carnem suam crusixerũt cũ uicijs et cõcupiscencijs Et ad thimo.

Luce. ul.
Gen. 28.
1 Thi. 5.
Colo. 3.
Gal. 5.

Habentes uictū et quibus tegamur hijs forte contenti simus Sal
uator q̄q; Attendite uobis ne grauentur corda uestra In crapula et
1 Thi.6. ebrietate et curis huius seculi. Et qui mollibus uestiuntur in domi-
Luce.21. bus regum sunt Johannem de asperitate commendans. Est enim
math.11 quoddam genus demoniorum quod non eijcitur nisi Jeiunio et
oratione. Ad hec expediunt plurimū paupertas cōtra affluentiam/
Mar.9. lasciuie fomitem. Et operositas contra ociositatem oīm uiciorū sen
tinam/quia multam maliciam docuit ociositas. Unde ꝓpheta Hec
Eccle.33. fuit iniquitas sodome sororis tue superbia saturitas panis et ha-
Ezec.16. bundātia et ocium hijs exercicijs fomes/lex carnis et mēbrorū edo
matur/et sopitur libidinum incentiuū. Secundus gradus est Spi-
ritus mortificatio secundū omnes uires ut nihil de adam ueteri et
in carne et in spiritu uiuat quia totū contra spiritumsanctū pugnat.
Unde mortificanda est uis rationalis nō ei īnitendo quia ī diuinis
est ceca. Sed eam in obsequiū Christi captiuando per fidem. Et scri-
pture diuine inherendo secundū eum quem spiritussanctus efflagi-
tat sensum. Et hoc deuote petendo/humiliter inquirēdo et ardenter
Luce.11. pulsando Omnis enim qui hoc modo petit accipit et qui querit in-
uenit et pulsanti aperietur uerus diuinorū uoluminum intellectus.
Confutantur circa hoc presumptuosi proprio initentes iudicio De
diutino literario confidentes exercitio. Et de lumine presumentes su
perno quasi ipsi soli diuinorū sint conscij secretorū ut a uero (eorū
iudicio) aberret quisquis secus senserit. Superbi q̄q; repulsam paci
untur qui in apicibus diuinis luxu quodam/ Uerborum magis
suspiciunt ornatum quam sensum/ pedaneam dedignantes stilum
quasi ueritas diuina adulterinis egeat fucis ut pulchra prodeat per
se clarissima. Cōcupiscibilis q̄q; quo ad amores inordinatos salua-
tore dicente. Qui amat animam suam perdet eam/ Et S Johanne.
Joā.12. Nolite diligere mundum neq; ea que in mūdo sunt qui diligit mun
1 Joan 2. dum non est charitas patris in eo/ Et S Jaco. Qui uoluerit amic9
esse huius mundi inimicus dei constituetur. Irascibilis nihilomi-
Jaco.4. nus/in qua spiritualia exuberant uicia superbia ira inuidia hortatu
petri dicentis. Deponentes omnem maliciam et omnem dolū simu
lationes et inuidias et omnes detractiones/ Ad hec expediunt. Obe
1 Pe.2. diencia non uulgaris sed ardua qua presumptio reprimitur pro-
prio initens iudicio. Inordinatiq; refrenantur amores et mansue
tudo efferos et indomitos irascibilis confringens motus.

Tertius est interiorum uiriũ reformatio. Reformatur autem ra tionalis per Assiduam diuini uerbi ruminationẽ Scripturarũ san ctarum lectionem et Salubrium obiectorũ meditationem. Concu piscibilis per odium sui dicente saluatore. Qui odit animam suam in hoc mũdo in uitam etenrã custodit eam. Irascibilis q̃q per pa cientiam in aduersis et humilitatem in prosperis. Vir enim pacies loquitur uictorias quia melior est paciens uiro forti et qui domina tur animo suo expugnatore urbium quod per pacientiã agitur. In qua possidemus animas nostras. Vnde et nobilissimum uincendi genus est pacientia Ob hoc et gliscit animus promere cantibus ui ctorum genus optimum. Quartus Ad proximũ fraterna cõmuni catio p opera misericordie corporalia et spiritualia. Hec fit per ca ritatem qua proximo cor datur/primum et principale donum. Ex quo originatur congratulatio in fratris prosperis. Compassio in aduersis Et in releuandis necessitatibus pro uiribus subuctio Vñ Io. Qui habuerit substanciam huius mundi et uiderit fratrem suũ necesse habere et clauserit uiscera sua ab eo quomodo caritas dei ma net in eo.

Joã. 12.
Pro. 16.
Luce. 21.
1 Joã. 3.

Quintus Cordialis sursum actio quo ad uim intellectiuam per in telligencie depurationem ab omni imagine/Quo ad affectiuam per selegationem amoris ab oĩ obiecto creato amoris diuini ĩpeditiuo. Sextus. In plena uersatur quiete ab om̃i opere et extrinseco et intri seco uacando. In quo / ad diuinos influxus mere passiue se habet anima/per primum et secundũ omnibus uiciis mortua ut apostolus Mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Christo in deo per tertium et quartum ad seipsam et proximum plene reforma ta et bene instituta Per quintũ totaliter in deum transformata per illum sextũ iam deiformis effecta ad illapsum diuinitatis et copu lam beatissimã aptissima In qua omnis humane perfectionis sta tus consũmatur exordialiter in uia/plenissime in patria/horum gra duũ duo primi Lazaro duo secundi ordinis marthe Reliqui duo magdalene tribuuntur.

Indago Quartadecima.

Ad hos omnes gradus conscendendos monastica uita mirum ĩmodum est accomodata ut appropriate domus lazari marthe et ma rie censeri possit in quam dominus crebrius declinat. In qua deuo te suscipitur/ dulciter pascitur / delectabiliter conuersatur/suauiter

docet audiente maria uerbum illius/ Et Martha contra sororem cōquerente maximi ponderis sententiam protulit pro maria. Monastice uite scutū contra omnes eius emulos inexpugnabile. Martha inquit martha solicita es erga plurima. Porro unum est necessariū. O unum desideratissimum unum iocundissimum. Unum beatissimum/ unum summis affectibus exquirendum. Unum plenissimis uotis suscipiendum. Unum ardentissimis amoribus constringendum. Ubi sunt qui monasticos omnes e monasterijs deturbare et in publicam uiuendi formam Non quidem de se malam aut uiciosam sed turbidam et tumultuosam detrudere moliuntur/ Non hoc est consilium spiritus christi unū inquit saluator est necessariū lazari pars bona melior marthe Sed maria optimam partem elegit. Notantur hic ex euangelica doctrina/christi sententia/diuersorum graduum bonitates. Inter quas uita contemplatiua a maria electa optima est Ob hoc per se et principalit intenta / p se amata et expetita Unde ocium sanctum querit caritas Actiua autem propter necessitatem est amplectenda quia negocium iustum suscipit necessitas charitatis.

Indago Quintadecima.

Nā gradus omnes christianā respiciunt uitam ut qui primos duos non conscenderit Christianus uerus non sit/quia et si baptismum suscepit/ uirtutem tamen baptismi uiciorum uidelicet et ueteris hominis submersionem non est consecutus Mortuus enim
Colo. 3 non est Ideo nec uita sua abscondita est cum Christo in deo Qui duos intermedios non possederit non sit probatus christianus/ Per charitatem enim christianismus probatur dicente saluatore in
Jo. 13. hoc cognoscent omnes ꝙ discipuli mei sitis si dilectionem habueritis adinuicem probatio autem dilectionis exhibitio est operis Unde
Joā. 14. idem Si diligitis me mandata mea seruate. Et qui habet mandata mea et seruat ea hic est qui diligit me Et si sermonē meū seruaueri
Joā. 15. tis manebitis in dilectione mea / Ceterum qui ultimos duos non ascenderit perfectus christianus nō erit. Nā perfectio in pace consistit Pax autem beata a qua pacifici beati dicuntur non possidetur nisi per unionem ad deum ut spiritus humanus ipsum possideat et ab eo possideatur.

Quia autem contra Monasticen tractatus ardentissimo stoma-

cho est confectus totus superciliosus anhelans ad omnis monasti
ces exterminium. Merito quid uirium habeat est discuciendus Ag
greditur autem monastices fortalicium formidabilibus tormen-
tis/quinqз signanter/quibus omnes eius deijcere conatur muniti
ones soloqз equare/ut liberius ad omnia preciosa diripienda pate
at ingressus Preterea aduersarius de uictoria certus exprobrat et 1 reg. 17.
maledicit omnibus castris israel Sed non glorietur accinctus eque 3 re. 20.
ut discinctus.

Primum tormentum.
Uotum monasticum non niti uerbo dei

Autor

Uotum monasticum hoc ipso periculosum est q res est sine au-
ctoritate et exemplo scripture Sed et ecclesia primitiua et nouum te-
stamentum ignorant in totum uouendi cuiuscunqз rei usum Re-
dum probant perpetuum hoc uoti genus rarissime et miraculose ca
stitatis.

Replicat

Argumentum hoc conatu Decimo in solutione argumenti quinti
decimi est pertractatum Et ut repetatur succincte
Non exigitur ad alicuius facti tanq deo grati approbationem q
expressis siue uerbis siue exemplis in scripturis tradatur diuinis
Sufficit q in eisdem fundamentum habeat utpote ex ipsis manãs
Aut ad finem per ipsas ostensum nonnihil promouens et condu-
cens Et cum per se ad bonum conducat/ex bono manare necesse est.
Neqз enim arbor mala per se potest fructus bonos facere. Uo-
tum autem monasticum perpetuum ex se ad omne bonum promo- Mat. 7.
uet/ quia ad omnes supra exaratos christiane perfectionis gradus
adducit/ dum deo ad eos omnes efficaciter assequendos religat/ tã
toqз salubrius quanto iniquam uoluntatis libertatem tali adimit
ligamine/Porro si exemplum spectes Cur non pro exemplo bene- Math 2.
dictus saluator noster pduci poterit qui nazareus deo patri ex utero
matris ad diem usqз mortis describitur? Quid hec indicat consecra
tio nisi perpetuam deuocionem? Cur de uerborum expressione uel
titulo disceptatur ubi constat de re? Cur non et ipsa beatissima eius
mater pro exemplo in celibatu proponetur perpetuo/cum ex Euan- Luce. 1.
gelio certum sit ipsam habuisse perpetuum castitatis propositum?
Et si dicatur eandem propositum hoc expressisse uoto / Quid

inconuenientie aut a scriptura infertur discrepans profecto si licitū imo quia/ licitum est habere firmam perpetuo continendi animū licitū q̄ꝗ erit illum deo offerre per uotum Neqꝫ enim ampliori digna laude est castitas mutabili adiuncta libertati qua semper ab ea resilire liceat/ quam que perpetuo est alligata uinculo. Nam a uirtute discedere posse est posse deficere quod utiqꝫ laudē non parit/ Nō minus S. Johan. baptista perpetuus celebs nobis exemplo est Monasticorum omnium in nouo testamento patriarcha heremum in-
Mar .i. colens Corpus suum castigans/ paruissimo uilissimoqꝫ contentus cibo. Asperis quoqꝫ usus uestib⁹ et ob id a domino laudatus Quā
math .ii. utiqꝫ uitam ad mortem usqꝫ continuasset si non sanctispiritus in
Luce. 7. tercessisset/ Et uocatio et obedientia/ desertum non animo sed corpore deserens ut uiam domino prepararet et testimonium de lumine p̄hiberet Nec tamen inter homines degens omnem pristinam credē
Joan'. i. dus est postergasse conuersationem nisi quantum suo nō quadrabat officio Ceterum si de scriptura q̄ꝗ queritur auctoritas/ dictū occurrit saluatoris Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnū
math. 19. celorum Certe castratio perpetuam notat impotentiam Nec conuenienciori uocabulo perpetuus ualuit exprimi in firmo proposito celibatus Quod autem adiungit saluator. Qui potest capere capiat/ Non negat plurimorum esse sed omniū qui capiant/ Quod et subiuncta indicāt uerba/ Non omnes capiunt uerbum hoc in quibus uerbis laudando celibatum non deterruit sed cohortatus est eos q̄
i Cor. 7 capere possunt quibus a deo donatum est. Sicut unusquisqꝫ donū suum a deo habet. Nec abbreuiata est man⁹ domini ne multis hoc conferat Verū oīnibus nō confert. Nō quia nō possit sed quia no
1 Cor. 7. lit Ad idem hortatur Paulus expresso consilij utens uerbo De uirginibus inquiens preceptum domini non habeo Consilium autem do (causam adiungit) tanq̄ misericordiam consecutus ut sim fidelis. Quibus uerbis innuit q̄ fidelis non esset si id quod melius est nō cōsuleret Et hoc suū consilium diffuse prosequitur causam explicans et modum De usu primitiue ecclesie nihil concluditur tū quia
Act. 21. ualde succincto eum lucas depingit sermone et complura non sunt scripta ab eis actitata/ tū quia plurimum adhuc Judaizabant ut testātur Jacobus et presbiteri ad Paulū dicentes Vides frater q̄t millia sunt Judeorum qui crediderunt et omnes studiosi sunt sectatores legis In lege autem mosaica prolis fecunditas sub benedictio

ne erat et in promissione dicente scriptura Si postq̃ audieris iudi- Deut.7.
cia mea et feceris ea benedicet fructui uentris tui. Non erit apud te
sterilis utriusq; sexus/ In multis nihilominus monasticum inicia-
bant uiuendi modum utpote quia erant illis omnia cõmunia. Nec act.2,et 4
quisquam dicebat aliquid esse suum/ Sub una congregatione uiue-
bant Diuinis iugiter intendebant laudibus et orationi uacabant.
Unde et primi ibidem proprietarij Ananias et saphira morte sunt
subita extincti Et hanc uiuendi regulam in perseuerandi habebant Act. 2.
proposito et in finem usq; continuassent si non grassante persecutio
ne dispersi fuissent/ Nouum preterea testamentum cum rem et effe-
ctum uoti non ignoret ut est ostensum Nec rei usum ignorabit hec
itaq; perpetua monasticorum castitas non est miraculosa Nisi ad
uim nature referas quomodo omnis christiana uita miraculosa est
Nec rarissima nisi quis temerario iudicio omnes secundũ seipsum
iudicet ut quia forte ipse continere nõ potest rarissimũ continentem
iudicet Infertur ex hijs q ea que ex Euangelio producuntur ut hic
est filius meus dilectus ipsum audite Et qui sequitur me non ambu
lat in tenebris Et Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et ego sum
uia ueritas et uita Nihil diuersarijs adducũt cõmoditatis Uerius
sũt ad oppositũ Nã monasticorum instituta discretionis modera
mine librata. Non citra uel preter aut ultra christum incedunt imo
sub Christi doctrina sunt et ad christum adducunt post christũ ince
dũt habentes ante se lumẽ uite ut supra conatu.x.in responsione ad
secundum ar. est signatum Et infra de hoc dissereretur profusius / In
fert ulterius falsũ esse et calumniosũ q in monastice multa imo o͠ia
et solũ ea uoueant que extra christũ et sine christo id est sine uia sine
luce sine ueritate sine uita sine deo sũt. Et q ipsi monastici sine pudo
re hoc fateantur Nisi per monasticos/ stolidos quosdã glorie cupi
dos intelligas quorũ secordia nõ est in omnem monasticos statum
transfundenda - Subiunctis uerbis calumnia et iniurijs refertis
non moueor Nec probra probris retaliare placet. Christiano ani-
mo scripturas sanctas tracto ut spiritus sanctus in humilitate mea
memor sit mei Et mihi uerum suum in eisdem reuelet intellectum q psa.135.
super humiles requiescit et trementes sermones domini In quibus Esai.66.
si me mordacem et rabidum exhiberem canem aut immundum por
cum reformidarem utiq; q in ipsis ipsis excecarer et a uero aberra-
rem sensu/ Nimirum audiens hoc ipsum apostolis precepisse Ne

detis quod sanctũ est canibus ne proieceritis magaritbas uestras
Math. 7 ante porcos/proculdubio seruat ipse quod apostolis seruandũ pre
cepit de quo scribitur. Cepit iesus facere et docere Unde calumnias
Act. 1. Iniurias damnationes exprobrationes irrisiones et id genus por
tentosa uerba quibus liber contra monasticos cõflatus refertissime
scatet prudens declino/certo certius sciens non conuenire christia
no animo Nec ullo pacto quadrare Euangelio et pietati catholice
Joan. 8. Ac fraterne charitati Sed plano saluatoris utar uerbo. Nos mona
stici demonium non habemus sed honorificare patrem nostrũ qui
in celis est summis exoptamus uotis Unde Nec specialia quorun
dam monasticorum utpote minoritarum tractabo inpresentiarum
instituta Causa omniũ communis est quam uentilamus.

Succedit alia machina subuertere ni tens deuotariorum fundamenta.

Autor

Unum monastices fundamentũ Euangelium non esse omnibus cõ
mune sed partitum in precepta et consilia Suam uero monasticen se
qui consilia nõ precepta tantum/ que reliquo populo proposita sũt.
Aliud/Asserunt consilia que consilia non sunt. Et sic diuina man
data soluunt quod est blaspbemia/Et in hac et super hac blasphemia
uouent monasticen. Hac enim sacrilega et blaspbema conscientia
uouere omnes qui consilia sentiant esse precepta dei quis non intel
ligit: At talia sunt certe nunc oĩm religiosorum uota quibus psua
sa est hec sacrilega et blaspbema sententia de cõsilijs et preceptis ecce
fundamentũ monasticorũ uotorũ impietas blaspbemia sacrilegiũ.
Replica tor Cum uotum monasticum cuiusque instituti non ad quorumcun qꝫ
feratur opiniones Nec pro fundamento habeat Sed ipsam regu
lam Nihil ad rem et iusticiã aut iniusticiam uoti faciunt quecun qꝫ
extra aut preter regulam opinatiue referuntur uera sint aut falsa Re
ligionis cuiusqꝫ uotũ regulam pro fundamento et obiecto habet ade
quato Et secundũ eũ obligationis modũ qui in regula traditur. Et
quem intendit institutor principalis/ In nulla aũt monasticorũ re
gula prefata(que ipsorũ nugant)fundamenta asserũtur Quid si re
gulam uouens nihil de illis assertis intelligat fundamentis/ sed nec
cogitet quidem/utpote qui de hijs nunquam audierit/ qua blasphe
mia eius constringetur uotum: Detur quod illas distinctiones asse
ri sciat et ueras credat/Nunquid uouẽdo ad has intentionẽ diriget
et non potius ad regulam: Quid hoc aliud est quam omnium inten

tiones inique interpretari et in deteriorem inflectere partem. Est ne hoc pietatis christiane et fraterne charitatis. Itaq; opinentur monastici de consilijs et preceptis Euangelicis quicquid uelint cū super his non feratur uotum Nullam opiniones huiusmodi uoto inducunt labefactionem.

Considerandum aūt/in Monasticorū institutis triplicia tradi documenta Nam Quedam sunt Euangelica precepta/Quedam consilia euangelica ut uidebitur/Quedā salubria instituta ad monasticos finem assequendū plurimum accomoda et promouentia Que oīa sub uoto cadūt/dispari tñ obligatione. Et prima quidē (cū sint iuris diuini) inconcusse et inuiolabiliter (fortificato primo baptismi uinculo) sunt obseruanda Nec hoc a scriptura discrepat diuina Ea scilicet uouere que diuine legis sunt Cū de Jacob patriarcha scriptū sit q uouit uotum dicens Si fuerit dominus mecū et custodierit me ꝛc. erit mihi dominus in deum scilicet p latrie cultum Ad quem utiq; diuino iure obligabatur Sic Josue fedus inter deum et populū renouauit Et Samuel/foedus aūt in baptismo inter deū et baptizatum initum quis adultorum non irritum peccando fecit: Quid inconuenientie si rursus per uotum renouetur et redintegretur. Ea que secundi ordinis sunt uidelicet consilia euangelica in uim obligationis transeunt ratione accedentis uoti Ut aūt in aliqualē diuersariorū descendam consonantiam Nonnullas subnectam assertiones. Gen. 28. Josu. 34. 1 reg. 7.

Euangelium omnibus fidelibus cōmune est Eo modo quo a saluatore est traditum. Assertio 1

Euangelium hoc modo omnibus propositum omnem christiane religionis cōtinet perfectionem. Secunda

Nullum opus siue intrinsecū siue extrinsecum ad essentialem christianismi perfectionē pertinens cadit sub consilio. In quocūq; gradu quantūcunq; heroico/ueritas huius Ex illo primo et maximo concluditur precepto diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo et ex tota aīa ex tota mente et ex oīibus uiribus Quod tam arduū est ut a nullo homine uiatore possit cōsūmate impleri Sed a solis comprehensoribus hoc mō impletur Hoc aūt cum oīem essentialē christiane religionis cōplectatur perfectionē Et oībus ꝓpositū sit obseruandū ex eoq; charitas proximi manare dignoscat/quantūcūq; ꝑfecta ul' consūmata infertur Nullū esse charitatis actū qui non in hoc cōcludatur precepto Ex consequenti nullū cadere sub consilio. Tertia. Mat. 22.

Euangelica consilia de hijs sunt sine quibus christianus ad omnem Quarta

essencialem euangelicam ascendere post perfectionem statui uie possibilem/ut Monasticis nulla falsa remaneat gloriatio ex solis consilijs Euangelicis uel traditionibus adiectis/cumulacioris perfectionis essencialis/super uulgares quosqꝫ Nam talis gloriatio cum sit odiosa et non imerito cuiqꝫ zelatori discreto dispicibilis/conuellenda est.

Quinta. Euangelica consilia de hijs sunt que non parum uerum uehementer hominem promouent et prouehunt ad uere christiane uite assequendum finem et in presenti et in futuro.

Sexta. Euangelica consilia quemlibet fidelem obligant ad ea non cōtēnenda quantumcunqꝫ ea amplecti refutet Et consequenti Ad non persequendum eos qui ob frugem tranquillioris uite ea tanq̄ salubria et promouentia sincero complectuntur affectu. Contrarium faciens christum persequitur imo blaphemat quasi inania dederit consilia aut seruatu impossibilia.

Septima Non est contra Euangelium uouere euangelicū consilium Nec per hoc euangelicū consilium per se ut a saluatore traditū sit preceptū.

Hec occurrit declaranda Circa cui⁹ intellectū subleuatis oculis in saluatorem nostrum duo in eo contemplamur officia ad que consūmāda legationem accepit ad nos a patre Primum est reparationis nostre humane que implicat A seuissimo hoste liberationem ad deum patrem reconciliationem Et omniū charismatum communicationem Et hoc est principale eius munus / teste Scriptura/ gratia et ueritas per Jesum christum facta est Et uidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratia et ueritate De hoc seipsum nōīat ueritatem et uitam Nihilominus quia et uia est Et per prophetam dicitur Legifer noster/secundum sibi congruit officiū Ostendere uidelicet uiam qua itur ad patrem Quod fecit Agendo Paciendo Et uoluntatem patris aperiendo Voluntas autem patris est fide spe et charitate obsequi eius mandatis Unde debuit legem diuinā tanq̄ paterne uoluntatis signum certū promulgare Uerum legis intellectū declarando. Nec non modos quibus finis legis facilius comodi⁹ et salubrius adipiscitur ostendendo / finis aūt non modo legis sed omnium quoqꝫ que christus in carne gessit passus est et docuit/ est unio perfecta anime ad deū scd'm duplicē modū superius depictū Igitur et si sine consilijs euangelicis hic finis contingere post Non pretermitti ob hoc debuit facilioris et salubrioris huiusmodi medij

Joan .1.
Joan.14.
Esai.33.

ostensio. Verũtamẽ quia sine hijs medijs uel modis adipisci potest Et media illa ardua sunt. Nõ conueniebat ut ea fidelibus omnibus obligatorie indicerentur Sed sub forma proponerentur consilij relicto in credẽcium arbitrio illa assumere aut communem uiam tenere. Porro assumentes consilia euangelica diuinitus inspirati et ob hoc eorum capaces. Non propter hoc euangelium mutant. Nec de consilio preceptum faciunt Euangelicum Sed sibi salubre iudicantes illa assumunt inconcusse seruando uotaq; ne quolibet temptationis uento abigantur ad ea sese obstringentes Non modo preiudiciũ non faciunt Euangelio Verum quoq; quanto arcius eidem inherent tanto perfectius implent Cum libertas implendi et deserendi pro quolibet tempore nihil euangelice adferat libertati. Quin uerius tantum ab ea deficiat libertate uera quãto magis mutabili subditur uanitati et in bono minus firmatur Euangelium ergo consiliũ omnibus propositum/non per hoc desinit in communi euangeliũ esse consilium si ego in particulari a deo inspiratus uti de diuina cõfido gratia mihi plurimum proficuũ et salubre senciens firmato animo illud perpetuo obseruandum assumo An forte formidandum mihi erit ut contra me indignetur christus q; in illo suo consilio animum firmo et uoto constringo ne unquã desciscam ab eo Quod uti q; ipse mihi hoc mõ iniunxisset nisi imbecillitati mee cõdescendisset An non gratum acceptabit bone uoluntatis munus quod ipse consuluit Quod mihi salubre Quod ad suã cooperatur gloriam Quod me ad contemplationem prouehit et ad christiane perfectionis metam delectabiliter adducit Si bono amico consulo ut pro anima sua centum in elemosinas det ducatos sicut daniel Nabuchodonosor ait consilium meum placeat tibi et peccata tua elemosinis redime Et ille non acquiescat solum sed et stipulata manu mihi se facturum promittat Num ob id me offendet quia promisit et sibi nõ dandi/ademit libertatem Et non pocius graciorem se mihi conciliauit tũ quia consilio acquieuit tum quia de adimpletione me certificauit. Et ut in proposita materia particulare proponam exemplum Tale est celibatus consilium de quo supra sermo habitus est. Tale est et eundi et uendendi omnia que habentur et dandi pauperibus consilium De ambobus dilucidus est diuine scripture textus nonne clarissima sũt domini uerba Vade et quecunq; habes uende et da pauperibus et ueni sequere me Quecunq; dicit non quedam Nec temporis successu

Dan. 4.
Mat. 19.
Mar. 10.
Luce. 18.

Uende inquit presenti tempore. Et hic sensus ex uerbis petri liquet
Mat. 19. clarius dicentis Ecce nos reliquimus omnia. Quid sibi reseruaue-
rant qui ad dominū omniū secretorum consciū confidenter dicūt
Mat. 4. Reliquimus omnia testantur hoc et Euangeliste in apostolorū uo-
Mar. 1. cationibus recitantes Relictis retibus secuti sunt eum Et Relictis
Luce. 5. omnibus secuti sunt eum. Et de leui publicano scribitur relictis om
Luce. 5. nibus surgens secutus est eū In actis quoqꝫ apostolicis ait petrus
Act. 3 Argentum et aurum non est mihi An nō uehementer ad contempla
tionem expediens est et ad diuinam in dominum transformationē
Esse celibem Et hoc modo a temporalibus alienū ut nec domestica
cura uxoris et prolis urgeat nec temporalium solicitudinū mentem
Joā. 21. molestia afficiat Non obstat petri post resurrectionem piscatio que
cum alieno rethi siue mutuo accepto siue alio modo licito ad horam
uendicato fieri poterat / Illud autem Uende quecunqꝫ habes et da
pauperibus esse consilium non preceptum quis inficias ibit? Nisi
quis omne christianum damnare uoluerit uulgus promiscuū. Cla-
ret ex hijs responsio ad ea que de uirginitate et celibatu subnectunt/
Assertio. 1 Ut autem lucidior sit resolutio Nonnullas subnectam Assertiones
Celibatus est a benedicto saluatore nostro laudatus tanq̄ ad uitā
contemplatiuam Et sabbatizationē felicem (principalius in Euan-
gelio intentas) plurimum accomodus. Et ex hoc hijs qui capere pos
sunt consultus hec secundū omnes clausulas in apicibus fundatur
Mat. 19. diuinis Nam q̄ sit a saluatore laudatus patet in matheo / q̄ ui
ta cōtēplatiua et sabbatismus sint in Euangelio principaliter intē-
Luce. 10. ti habetur in luca dicente domino. Maria optimam partem elegit
q̄ sit ad eos accomodus testatꝰ apostolus Qui celebs est curat ea
que sunt domini quomodo placiturus sit domino q̄ sit a saluato-
1 Cor. 7. re consultus hijs quibus datum est ostenditur ex eiusdē uerbo Qui
potest capere capiat ¶ Celibatus non est passim a quolibet presumē
Secunda dus Cum enim dicat sapiens scivi quoniam aliter non possum esse
Sap. 8. continens nisi deus det. consequitur q̄ arripiens statum ad quem
feliciter prosequendum a deo non habet donum nititur in uentum
Unde paulus ait Unusquisqꝫ proprium donum habet a deo Et sal
1 Cor. 7. uator non omnes capiūt uerbum hoc.
Celibatus constanter ab eo qui diuinitus ad uacandum deo uocatꝰ
Tertia est assumendus Qui enim diuinitus inspiratur ad curandū ea que
1 Cor. 7. sunt domini ut sit sanctus cum corpore tum spiritu / proculdubio

donũ ad hoc accepit a deo Necq3 enim deus hominem ad aliquẽ uocat statum quin ei comunicare uelit donum statui tali bene quadrans non enim deo euangelicum dicetur improperium Hic homo cepit edificare et non potuit aut noluit consũmare. Non erit defectus ex parte dei sed nostri. Luce. 14.

Celibatus perpetuus uoto firmatus est nutanti et temporario precellentior Quia ad diuina magis firmat. Et opposito magis elongat Ad celestia liberiorem reddit animũ Et iocundiorem deo in anima preparat thronum dicente sancta Agata ad luciam uirginẽ iocũdum deo in tua uirginitate habitaculum preparasti. Est ex hijs gratior deo. Et magis quadrans euangelio Cum enim status contemplatiuus ex se sit perpetuus saluatore teste Maria optimam partẽ elegit que non auferetur ab ea consentaneũ erit et celibatũ eidem optime consonantẽ esse firmum et perpetuũ ¶ Celibatui perpetuo deuotus. Nõ hoc ipso argumẽtari debet se a deo continendi nõ accepisse donũ Aut ad celibatum diuinitus non uocatum quia acriter impugnatur a carne Nã probare solet bonitas diuina in electis suis dona que dedit Ad eorũ exercitationẽ et uberiorem remunerationem quia non coronabitur nisi qui legittime certauerit Ad aliorũ quoq3 edificationem Testimonio sunt abrahã Job dauid et alij plerîq3 in diuina scriptura nobis pro exemplis propositi Horum primũ deus temptauit de Obedientia secundum de patientia terciũ de mansuetudine Unde ait memento dñe Dauid et omnis mansuetudinis eius. Et si ad horam nonnũq̃ cesserint temptationis Impetui (quia non est qui non peccet) et ceciderint non collidentur quia dominus supponit manũ suam imo fortiores exiliunt luctantiũ more Quoad angelus domini tetigerit neruum femoris et emarceat.

Quarta

Luce 10.

Quinta

2 thim. 2.

Gen. 22.
Job. 1. et. 2.
psal. 131.
3 Reg. 8.
Psal. 36.
Gen: 32.

Aliud asseritur monastices fundamẽtũ.

Alterum principiũ perfidie illorũ q̃ uitam christianam partiũtur in statũ perfectionis et imperfectionis uulgo dant imperfectionis sibi perfectionis statũ. De hoc idem dicendũ quod de duobus paulo ante signatis est dictum quia in nullo monastico asseritur instituto Plura subscribuntur surda aure pretereunda quia non nisi temerarium etiã de intimis cordis intentionibus et affectionibus sonãt iudiciũ contra Euangeliũ et primi charitatẽ Cũ apostolus nos procedere doceat per arma iusticie a dextris et a sinistris per gloriam et ignobilitatem per infamiã et bonã famã ut seductores et ueraces.

Autor

Replicator

assertio. 1. ## Substituuntur due assertiones.

Autor Fieri non potest quin fidem extinguant qui uotis et operibus cõfidunt Confidunt autem q necessaria ea ducunt dũ enim timent illis obmissis necesse est ut sperent eisdem seruatis.

Secũda. In hoc seruant consilium continencie ꝙ continencia per sese sit laudatissimam opus in quo sit salus et gloria ideo sese ceteris christianis preferunt magno interuallo Assertio prima tribus innititur co

Replicator lumnis Prima/ Fides ex diametro pugnat cum uotis et operibus secunda. Monastici non confidunt in deum aut eius misericordiam sed in uota et opera. Tertia Monastici non per gratiam dei querũt saluari sed per propriam iusticiam/ Quecunqꝫ illarum negetur falsa erit assertio Nam si obseruãcia uotorum et exercicium bonorũ operum stant cum fide Calumnia est intencionem et confidenciam inijcere cum et intencio et confidencia in uoto et bonis operibus possint esse bene regulate/ Cum contrarium probatur quia ea necessaria ducunt ergo in ea confidunt Dicendum ꝙ non ducunt ea necessaria ad salutem ante emissum uotum sed ad euangelicã perfectionem nanciscendam plurimum accomoda ob hoc ab eis assumpta Post uotũ

Psal 75. autem immobili complectuntur affectu scientes scriptum Douete et reddite Nec tamen consequitur ꝙ in ea confidant Nam que consequẽcie necessitas hic facit opus bonum ergo confidit in opus bonũ hic uotum emittit et seruat ergo in uotum fidit et sperat.

Secũda assercio non minus calũnie habet eorũ tum opinionẽ tum intencionẽ corruptã definiẽs / quasi continencia seruari non possit nisi opinionẽ sanctitatis salutis et glorie in ope per se considerato

Autor ## Sequitur Et quod multo est sceleratius.

Replicator Ex multis consilijs a se confictis tantũ tria elegerũt obediẽtiã pauRo. 14. pertatem et castitatem cetera neqꝫ uouent neqꝫ seruant/ Non est hec S Pauli doctrina qui ait Tu quis es qui alienum iudicas seruum suo domino cadit aut stat imo fulcietur ut stet Potens enim est deꝰ efficere ut stet et sui domini consilia saluberrima seruet.

Autor ## De Uoto Obediencie

Consilia docent omnibus subdi et superiores inuicem arbitrari. At uotum obediẽtie eorũ eximit eos prorsus a catholica illa humilitate euangelio tradita et subdit solũ suis maioribus Necꝫ ijs ipsis

nisi secundū regulam sue professionis/Euangelium omnibus semp et in omnibus cedere subdi obedire iubet/ et consiliorū professores nec equalibus nec inferioribus sed uni maiori suo Nec in omnibus sed aliquibus sese subdunt Quid uouet monasticus/uerba ei9(si sensum traducas)erunt ista deus uoueo tibi nolle me secundū Euangelium omnibus subici sed tantum uni maiori. Nec nisi iuxta regulā prescriptam. Infertur ex hoc passu/ Catholica humilitas euangelio tradita requirit necessario ut fidelis omnibus se hominibus subdat omnibus cedat omnibus obediat Et hoc non modo affectu interiori uerum quoqꝫ exhibitione corporali et obsequio exteriori Alioqui uiribus destituetur argumentatio/Sequitur ex hoc ꝙ uxori non sat est ut uni obediat uiro ut Petrus ait. Uxores subdite sitis uiris uestris sed requiritur ut omnibus se subdat uiris. Idem de seruo respectu unius domini Et ciue respectu unius magistri ciuiū. Sed nec imperator christian9 esse poterit nisi oībus cedat.oīb9 corporali exhibitione se subdat. Et quis demum erit obseruator euangeliȷ̄/Porro si non est talis exterior necessaria exhibitio Sed interior cordis humilitas fundamentalis sufficit ut Paulus ait in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Et pro loco et tempore humilitatis exhibitio exterior prout fratna suadebit charitas Nō q uidē ad omnes cū sit impossibile ut unus omnibus exteriori obsequatur famulatu Sed uel uni occurrenti Nam quis inficiabitur omnia fraterne charitatis obsequia ab euangelio exacta circa unum compleri posse ab eo q nō ut multitudini subseruiat est uocat9. Vide si nō monastica eque atqꝫ Economica hanc implere possit tū obedientiam tum humilitatem/Quid de anachoretis sentiemus solitudinem incolentibus omniū hominum destitutis contubernio ut Paulus primus heremicola. Maria magdalena Et ante suā uocationem et s. sancti iussum S Johannes Baptista sunt exemplo Potuerunt ne obediētie et humilitatis possidere uirtutes.ecce in hoc statu uitam cōcludentes. An ab euangelica defecerunt perfectione Quid calumnie queritur in monasticis tot sanctorum fultis exemplis Cum et saluator pro hȷ̄s sententiam ferat. Non obsequiosam martham sed ociosam mariam optimam elegisse partem.

Replicator

1 Pe. 3.

Phili. 2.

Fatemur monastici obedientiam Euangelio proditam omnibus ꝓpositam esse imitandam qua propria et iniqua mactatur uoluntas et uetus homo interior mortificatꝰ Ubidqꝫ gradus habere diuersos

Psal. 79. Et eam potiorem qua pia hec crudelitas exestuat feruentius Cũ eñ
propria uoluntas singularis sit. ferus qui uineam domini depascia
tur quanto per obedientiam perfectius exterminatur tanto Euange
lium plenius impletur Perpende monasticorum obedientiã quan
tum proprie et inique donet uolũtati etiã si secundũ solam obserue-
Psal. 43. tur regulã Cum reuera exclamare possint cũ propheta Quoniã p-
Rom. 8. pter te mortificamur tota die facti sum⁹ sicut oues occisionis Verũ
in hijs omnibus superant per eum qui dilexit eos. Ceterum forma
professionis ad monasticorum sensum (ut fingitur) traducta quan
tum fraterne sinceritatis habeat omnibus claret.

De Uoto paupertatis Sequitur.

Autor Tale est et paupertatis uotum / Euangelica paupertas est nihil cupe
re in spiritu et res libere administrare ad aliorum comodum. Illi
quid possunt ultra nouere nisi externum usum rerum cum et inter-
na cupiditas in baptismo abnegata et administratio externa rerum
Replica- Euangelio etiã cõmendata sit et usu ipso Nec ipsi carere possunt.
tor Quia superius perfectionem euangelicam omnibus conuenire inge
Mat. 5. nue sumus professi fatemur et euangelicã paupertatem eam que a sal
uatore predicatur beata. Beati inquiente pauperes spiritu. quoniã
1. Thi. 6. ipsorum est regnũ celorum omnibus fidelibus esse cõmunem et ad
imitãdum propositam / fatemur nihilominus eam a cupiditate que
radix omnium malorũ est liberam esse. Esse aũt de ratione pauper-
tatis euangelice res administrare temporales quantumcunqz libere
et ad aliorum comodum negamus quia nec Euangelio nec apostoli
cis quadrat actibus ut supra est commonstratum. Paupertas non
1. Thi. 6 hoc ipso q rerum abdicat dominiũ siue in priuato siue in commu-
ni Nec ex eo q arto contentatur usu ut etiã dicat cum apostolo ha-
Pro. 13. bentes alimẽta et qbus tegamur cõtenti erimus euangelica reddit et
Eccle. 31. pconio digna / cũ et ab infidelibus sit amplexa Sed ea q̃ in spũ agit
ut liber sit animus ad diuina nõ pretereuntiũ solicitudine implicit⁹.
Et hec gradus habet Est paup Euãgelicus cũ in multis diuitijs sit
utpote diues q inuentus est sine macula qui post aurũ non abijt nec
sperauit in pecunia et thezauris qui probatus est in illo et perfectus
Act. 3. 24 inuentus est. Hic utiqz res libere administrat ad aliorum comodũ.
Est et paup euangelicus qui particularem a se rerum abdicat curam
sub cõmuni degẽs economo ut libere diuini suacet. Est nihilomin⁹
et euangelicus pauper qui cunctis temporalibus (quantum patitur

humana infirmitas) abdicatis nudum se nudi committit brachijs crucifixi omnem in eum secũdum prophetã iactans curã ut hac exoneratus sarcina liberrimus ad supercelestia euolet astra. Nõne hec paupertas. Magnam exigit euangelice promissionis fidem. De qua Saluator. Nolite soliciti esse anime uestre quid esuri sitis aut bibituri. Neq3 corpori uestro quibus indumentis usuri Ingentemq3 de diuina prouidẽtia spem. Ex quibus ardens in tam beniuolum et beneficum patronum inflammatur charitas de hac idem saluator apostolis ad predicandum missis ait. Ne possideatis aurum neq3 argentum Neq3 es in crumenis uestris neq3 peram ad iter. Neq3 duas tunicas neq3 calciamenta neq3 uirgam Cõmendatur martha primum Euangelice paupertatis amplexa gradum/ Cõmendantur fideles in primitiua ecclesia complexi secũdu Magnificantur et apostoli tertio ditati/ab omnium cura liberrimi. Et ob hoc ad uerbum dei euangelizandũ et diuina rimandũ expeditissimi Memoriam habundantie suauitatis diuine in cõtemplatione hauste eructantes in predicatione.

Psal. 54.
Mat. 6.
Luce. 12.
Mat 10.
psal. 144.

De sanctorum imitatione Subnectitur.

Proinde impossibile est ut intempestiui illi sanctorũ imitatores nõ errẽt perniciosissime dũ patrum opera etiã optima sectantur potius quã fidẽ et spm̃ Ne dũ ubi errores et peccata eorũ apprehendũt.

Autor.

Uiri sancti monasticorũ patriarche diuino spiritu afflati uiuendi depinxerunt normas doctrine et uite christi cõformes Discretione precipua libratas Ad utriusq3 hominis reformationem accomodas. Nihil periculi in se complectentes Ad omnem sanctitatem promouentes. Et sinceros ac ardentes emulatores ad perfectam in dominum unionem et in christũ transformationem prouehentes. Omnium uirtutum exemplaria tanq̃ specula mũda secundum que seipsos effigiauerunt et fidem spem ac charitatem in se uernantes uita et cõuersatione ostenderunt Quid fide spe et charitate magis/In bonis rutilat operibus Que sunt illa sanctorum opera imitatu perniciosa An carnis crucifixio sed hanc docet Paulus Qui Christi sunt carnẽ suã crucifixerũt cũ affectibus et cõcupiscẽtijs. An opa pietatis et misericordie sed ad hec nullibi nõ inducit scriptura An humilitatis et fratne charitatis obseqa Ad q̃ et similia saluator hortat̃ Sic luceat lux uestra corã hominibus ut uideant opa uestra bona uñ et cõtradi

Replicator
ad Gal. 5
Math. 5.

ctores suos reuincendo opera proponit abrahe dicens Si filij abra
Joan. 8. he estis opera abrahe facite qa tamen ambitiosa de bonis operibus gloriatio in aliorum suggillationem deo et bonis emulatoribus est exosa Ad eam reprimendam due subnectuntur indagines.

Prima.

Opera bona externa Interne bonitatis sunt signa sicuti uoces note sunt eorum conceptuum qui tractantur in mente Ambigua tamē qa utrisqz falsum subesse potest.

Secunda.

Opera bona externa quantūcunqz ardua Nec sanctificant in presenti Nec beatificant in futura uita nisi quantum ab interna profluūt sanctitate/ Adstipulatur paulus Si (inquiens) insumam in alimoniam omnes facultates meas et si tradam corpus meum ut comburar charitatem aūt non habeam nihil utilitatis capio.

Consectarium Primum.

Igitur in sola externa bona opera nulla iustificationis salutis. sanctitatis aut beatificationis est collocanda fiducia.

Consectarium Secundū.

Igitur de hisce solis externis bonis operibus quantumcunqz penalibus et arduis gloriari est seipsum illudere Et audientes plerumqz in sinistram prouocare emulationem.

Indago Tertia.

1 cor. 13. Mat. 18. Opera bona externa preter internam bonitatem multiplicem adferunt comoditatem Per ea nempe proximorum euitantur scandala sub ue erno interdicta De mūdo ob offendiculis. Ea aspicientes edificantur et ad bonum incitantur. Ac deum glorificāt ut petrus hortatur / conuersationem uestram habete honestam inter gentes ut in
1 Pe. 2. hoc qꝫ obtrectant uobis quasi maleficis ex bonis operibus estimantes uos. glorificent deum/ Sensus ad uoluptuosa procliues restringuntur/ Peccatorum occasiones plurime rescinduntur. Exterior homo honeste et ornate cōponitur quia uirtuose mentis presefert imaginem. Hostium uires ad temptandum nō parum confringuntur Operans ad bona habilitatur et agenda et continuanda ut sic delectabiliter operetur/ facilius ad bonam internam qualificationem adducitur. Deo debitum de corpore prestatur obsequium/ Proximo-

rum necessitates plerumq; releuantur. Pax et cōcordia inter contu bernales conseruatur. Specialem quoq; adferunt remuneratione͂.

Consectarium Primum.

Igitur ea indefesse prosequi etiā sub uoti religatione bene quadrat scripture diuine que nullibi non ea commendat. Ea persuadet Ad ea agenda confortat et efficaciter stimulat.

Consectarium Secundum.

Igitur sanctorum opera bona externa oculo fidei inspecta et affectu deuotionis ex charitate prodeuntis in exemplum traducta (discretione comite) fructuose et salubriter sunt Imitanda/quo modo ea sicuti specula polita (radiorum solis institie ad nos usq; reflexiua capacia) nobis proponit sancta mater ecclesia.

Indago Quarta.

Videns proximum externa opera bona operantem et eum hipocritam Aut in ipsa opera cōfidentem ac per hoc deo gloriam detrahentem et sibi arrogantem iudicans. Contra Euangelium facere. Noli te iudicare et non iudicabimini Nolite condēnare ne condemnemini. Fraternam nihilominus ledit charitatem quia sibi fieri nollet. Cum etiam ambigua in saniorem sint interpretāda partem. Proximum quoq; infamat si in uerba prorumpat uñ interpretationem psalmi Sexagesimiprimi contra monasticen pretereo.

Math 7.
Luce. 6.

Secundum Contra Monasticen tormentū Uota aduersari fidei.

Ponitur ad hoc probandum beati Pauli dictum quod nostrum est principium fidei Omne quod non ex fide est peccatum est Ex quo infertur Monastica uota si ex fide nō sint esse peccata Ex fide autem nō sunt si perpetua necessaria et nō libera sunt potentia tū seruari tū dimitti Sunt ergo peccata per hoc et irrita damnabilia reuocāda et omittenda Aut aliter denuo nouenda et seruanda.

Autor ad Ro 14.

Duplex huius dicti adducitur intellectus unus ut fides accipiatur ꝓ cōscientia qui cōfutat ur secundus ut proprie accipiatur pro dono fidei eo modo quo paulus de fide loquitur iustificante Secundū hanc distinctionem primo membro ad bonū sensum admisso duplex ad propositum persuadendum adducitur probatio.

Replicator

Autor Prima probatio fundamentaliter in hoc cōsistit Si aliquod opus facias quod non credas firmiter deo placere aut dubitas placere/ Nonne cōtra conscientiam facis quia conscientiā habes opus nō esse placitum. Et sic cōtra conscientiam operaris id quod nō esse placitum deo dictas. Sed nonne talia sunt omnia uota et uotorum opera extra fidem. Da unum qui audeat asserere suū uotum esse placitum ac gratum deo.

Secunda fundamentalis probatio.

Sola fides sine operibus operatur remissionem peccatorum iustificationem et bonam conscientiam. Qui ergo remissionem peccatorū satisfactionem et iustificationem alteri / quam soli fidei tribuerit et aliunde quam per fidem quesierit hic Christū negauit gratiam abiecit et euangelium reliquit apostata. At uota et opera uotorum/ lex et opera sunt non fides nec ex fide quia lex non est ex fide Et iterum ex operibus non iustificatur omnis caro corā illo. Qui ergo ea opinione uouent ut per hoc uite genus boni et salui fiant. peccata deleāt et operibus bonis ditescant impii sunt a fide apostate/ Imo fidem blasphemant et abnegant. Tales sunt omnes uotarii isti Hec enim omnia illos querere in operibus et uotis et non in fide certissimum est. Ad hoc duplex adducitur argumentum. Primum quod si sciuissent solam fidem ad iusticiam seu bonam uitam necessariam esse nunquam uouissent. Nemo enim in uanum laborare uellet maxime tanto totius uite laborare. Secundum Id uero multo fortius et certius conuincit eos non alia quam hac infideli et impia opinione uouere et uiuere quod principium perfidie sue palam docent et dicunt hominē posse suis operibus naturalibus gratiam et remissionem peccatorū obtinere. Sic enim sapiunt omnes. Ideo enim et uouēt ut hoc uite genere gratiam dei obtineāt iuxta principiū predictum perfidie. Quo quid faciūt nisi quod Christum negant et a fide discedunt/ quod si qui inter eos non ita sapiunt cum nec aliud audiant nec uideant hos necesse est in medio Impie doctrine et infidelis uite ceu pueros in camino ignis babilonici solius uirtute dei custodiri miraculose.

(margin: Galat. 3.)

Summa prime probationis.

Replicator. Monastici dubitant an uota eorum et uotorum opera sint deo grata et placita. Et sic ea contra conscientiā faciūt cum debeāt esse certi.

Summa secunde.

Monastici per nota et notorū opera querūt remissionē peccatorū. Justificationē/salutē/bonā uitā/bonam conscientiā. Que cū euāgelium ꝛ Paulus soli fidei tribuat conuincuntur apostate a fide.

Quo ad primum fundamentum cognitionis certe diuine gratificationis et acceptationis.

Triplici modo aliquid certitudinaliter cognoscitur secūdum ꝙ triplex est lumen in quo uel per quod intellectuali uidemus oculo uidelicet/nature/gratie ꝛ glorie. Jn lumine nature triplicem philosophi distinguunt certitudinem Primam. Euidentie quo modo prima cognoscuntur principia certissima. Secundam demōstrationis ex primis principijs deducte. Tertiā experientie qua phisici utūtur ex multis particularibus uniuersalē cōcludētes. Hoc lumē in materia presenti est postergandum. Nam perspicuū est ipsum ad diuinum beneplacitum cognoscendum pertingere posse minime. Aliud est lumen glorie quo beati cognoscūt certissime. Vnde Paulus. Nunc cogno 1 Cor. 13
sco ex parte tunc uero cognoscam quemadmodum ꝛ cognitus sum. 1 Joā. 3.
Et S. Joannes. Scimus quoniam si apparuerit similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est/Medium inter hec/est gratie lumen accipiendo pro omni supernaturali illustratione conuenienti statui uie siue generali qualis in canonica habetur scriptura/siue speciali facta alicui persone priuate. Et quia status uie fide regitur non inconcinne omnis hec illustratio fidei ascisitur. Porro in fidei lumine hoc modo accepto diuersi sūt certitudinis gradus. Est una certitudo generalis cuiusqꝫ fidelis. Omnes ꝓmissiones diuinas in uoluminibus diuinis exaratas esse uerissimas quia ab eo facte qui nec fallere nec falli potest cui subest cum uoluerit posse. Omnesque in ele Sap. 12.
ctis cōplendas. Sed ad indiuiduū descendendo an in me sint complende Natura trepidat nesciens infallibili certitudine an finaliter amore uel odio dignus sim Dicente scriptura. Nescit homo utrum Eccle. 9.
amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum reseruātur incerta. Rom. 8.
nec ab illa liberabitur trepidatione quoad spiritum adoptionis acceperit per quem clamamus abba pater. Et idem spiritus testetur spiritui nostro quod filij dei simus quod si filij et heredes. Ex consequenti et omnes promissiones diuine electis facte in nobis complende. Vt ammodo de bona dei patris erga nos uoluntate non

ambigamus Ceterum spiritus ille diuinus diuidit peculiariter uni-
1 cor 12. cuiq3 sicut uult Unicuiq3 enim nostrum dat gratiam iuxta modum
Ephe. 4. doni christi Unde cui modicā dat fidē/paruam in se sentiet de pro-
missis diuinis in se complendis et sua suorumq3 operum apud pa
trem gratificatione certitudinem que magnam annexam habet tre
pidationem Nec tñ diffidens aut infidelis censendus est. Nā et mo
dica fides. fides est ut diffusius conatu secundo consectario tertio est
Mar. 9. ostensum Exemplo est pater pueri spiritum mutum habentis eius cu
Mat. 14. rationem petens a domino Et petrus super aquas ambulans cum
cepisset mergi qui a domino audiuit. Modice fidei quare dubitasti
Exigitur ergo ultra fidei cognitionem spes. Et super omnia chari-
1 cor. 13. tas que omnia credit omnia sperat Ubi ergo maior charitas. Ma-
Rom. 8. ior erit et fides et spes Que si perfecta fuerit dicet Certus sum q ne
q3 mors neq3 uita neq3 ulla creatura poterit nos separare a dilectio
Canti. 8. ne dei que est in christo Jesu Est namq3 fortis ut mors dilectio. lam
pades eius ut lampades ignis atq3 flammarū. Aque multe non po-
tuerunt extinguere charitatem nec flumina obruent illam. Hec quo
q3 certificabit q tum ipse ea dotatus tū omnia eius et uota et opera
deo sint grata et placita.

Ad propositū propius accedendo Quero a diuersario. Uota et ope
ra bona fieri ne possunt in fide spe et charitate An non. Si non Cū
hec dona omnibus saluandis ab exordio ecclesie (que in abel dicit
cepisse) in finem usq3 mūdi fuerint et sint necessaria Nullus unquā
electorum hijs saluis facere potuit opus bonum aut uotum frustra
ergo deus de uotis et bonis operibus leges dedit et seruandas exe-
git Si sic Cur calumniatur in monasticis. Sed uerbum subdolum
est adiectum [Extra fidem. Quasi omnes monasticen assumpturi
fide careant. Et ante fidem ante iustificationem ante bonam consci-
entiā ingrediantur per hunc ingressum fidem iustificationem et bo-
nam conscientiam primum assecuturi. Cur non potius secundū cha-
ritatem iudicas omēs monasticen assumpturos habere fidem spem
charitatem iustitiā bonā conscientiam bonā uitam. Et nō pro illo
rum noua assecutione uerum ꝓ illorum conseruatione et augmento
Mat 10. et 24. assumere sicut uere iudicare potes illesa conscientia. Neq3 enim
qui inceperit sed qui perseuerauerit usq3 in finē hic saluus erit Non
q extra monasticen conseruari nequeant et augeri Sed quia ad illo
rū incrementa amplior prestatur occasio uberior comoditas.

Iterum quero Monasticis credere ne potest uotum suum deo gra
tum esse an non Si nō impossibilitatis ostende causam si sic/utpo- Sap. 1.
te quia preditus fide spe ⁊ charitate quibus affectus/bene Sentit de
domino in bonitate et in simplicitate cordis illum querere intēdit.
Cur cordis sui secretum perperam iudicatur dicis. Da unū qui au-
deat asserere suum uotum esse gratum ac placitum deo. Et ego dico.
Da unum qui se deo uelit perpetuo constringere uoto qui nō pia fi
ducia placitum speret per hoc deo exhibere obsequium. Imo qui sci
enter deum uelit irridere ⁊ seipsum deludere. Cum enī hec in fide fie-
ri possint ipsum fidei lumen eundem in hunc finem diriget etiam si
non cogitet uel intelligat. Uide candide lector quum sit totus liber Apo. 20.
iste stomachosus ut nesciam ab ebrio an a sobrio/ lubētius dicerem
a sathana circa finem mundi soluendo an ab homine sit cōscriptus.
Sed fraterna me cohibet charitas ne maledicta in aduersarium cō-
geram sciens per apostolum Judam scriptum. At Michael archan In ep. Ju
gelus cum aduersus diabolum certās disceptaret de corpore Moy- de.
si non ausus est illi impingere notam maledicti: sed dixit. Increpet
te dominus. Ut autem clarius monasticorum elucescat intentio re-
cta ⁊ catholica due substituuntur Indagines.

Indago Prima.

Assumens per uotum monasticen intendit christianismum per ba-
ptismum susceptum efficatiori quo potest modo effectui mancipare.
Ipsumq́ꝫ carnis mortificatione proprie uoluntatis abnegatione et
temporalium sollicitudinum (quantum preualet) religatione com-
plecti perfectius ac bonis exornare moribus. Ad hanc intentionem
impellit spiritus sanctus hanc uera ⁊ sincera docet fides/spes expetit
efflagitat charitas. Hanc deniq́ꝫ monastice uite exigit finis ut sic a
spiritusancto per uiam fidei spei ⁊ charitatis in deum transforme-
tur. Nec obstat si uouens actu non hanc prefigit intentionem ad eū
modum/eumq́ꝫ finē quo a sanctis patribus ipsa monastices est in-
stituta: nisi ex proposito ⁊ sciēter alium sibi prestitueret finem quod
non presumitur nisi euidentibus uerbis aut signis demonstretur.
Aliter uoluntatem ⁊ intentionem assumentis interpretans facit cō
tra euangelium et charitatem.

Indago Secunda.

Monastici uouent monasticen/ eo ꝙ uotiuum hoc genus uite sibi
plurimum censent accomodū uehemēterq́ꝫ expediēs. Ad iustifican-

tis fidei ⁊ gratie cõseruationẽ ad intensiorẽ charitatis inflãmatio-
nem/ad ampliorẽ cõscientie serenationẽ/ ad cordis tranquillitatẽ/
ad diuinarũ lr̃arũ ⁊ uerbi diuini intellectũ/ Ad eleuationẽ mẽtis in
deũ Nec non ad perfectã transformationẽ in Christũ . Primo in-
quã expediens ad iustificantis fidei ⁊ gratie cõseruationẽ/ Conser-
uat aũt quo ad nos p bona opa que regenerato in Christo in opus
bonũ pdire potenti necessaria sunt ut in conatu decimo. tredecim
est ostensum pbaminibus. Quid cõmoditatis affert lucernã accen-
dere nisi accensa flãma cõseruetur in esse nõ mõ ne a uento extinguat
uerũquoqꝫ ut materia in quã agat indefesse apponatur sicut in figu
ra cõstituit dñs Moysi. Ignis in altari meo semper ardebit quem
Leuit. 6. nutriet sacerdos subĳciens ligna. Secundo ad intensiorem charita-
1. Thi. 6. tis inflãmationẽ/quia em̃ radix omniũ malorũ est cupiditas/ apo-
1 Cor. 13 stolo teste/Ecõtra. Omniũ bonorũ radix est charitas. Consequens
est una intẽsa remitti aliã. Perpetua ergo nobis indicitur lucta/ut
Job 7. Job dicat: Militia est uita homis sup terrã/ Intẽdi aũt magis ma
Luce 12. gisqꝫ debet charitas dicẽte saluatore. Ignẽ ueni mittere in terram ⁊
quid uolo nisi ut accendatur/ Quõ nõ fit nisi p incrementa/ cupidita-
te imminuta que nõ eneruatur cõuersatione remissa de sola fide cõ-
fidente Vñ nullibi nõ diuina scriptura ad uigilandũ/ad orandum/
1. Cor. 4. ad bene operandũ excitat/Pro tertio dilucidãdo ait aposto. Nul-
lius rei mihi cõscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum. Ex quib9
uerbis elicitur cõscientia in seipsa cõsistens quãtumlibet sibi a pec-
Job. 27. catis uideat immunis ut ⁊ cũ sctõ Job dicat. Neqꝫ em̃ reprehendit
me cor meũ in omni uita mea/quibuscũqꝫ etiã uallat operibus bo
nis nõ põt esse qeta ⁊ pacata qa diuia iudicia nescit qad in Christũ
traĳciat in q̃ solo feliciter nauigat eius fulta meritis ⁊ gr̃a At post-
Psal. 84. q̃ in Chr̃o respirare incipit ⁊ diuinũ susurrũ auris ei9 pcipit ut au-
diat qd in se loquat dñs qa loquit pacẽ dicẽs. Remittunt tibi pctã
nondũ repẽte fit serena Nã celũ mentis ⁊ si nõ densis nubibus ne
bula tñ q̃dã obductũ est ob fidei ⁊ charitatis impfectionẽ qbus in-
crementũ capiẽtibus indies magis limpidat ad quã delimpidatõẽ
2. Cor. 1. monastica nõ modicũ p̄stat admĩculũ. Vñ Pau. Gl'iatio nr̃a hec est
testimoniũ cõscientie nostre qꝫ cũ simplicitate ⁊ sinceritate dei nõ sa
pientia carnali: sed p gratiã dei cõuersati fuerimus in mũdo. Et Pe-
1. Pet. 3. trus/Cõsciẽtiã habẽtes bonã ut in eo qd detrahũt de uobis cõfun
dãtur qui calũniantur uestrã bonam in Christo cõuersationẽ. Cer

nis ad serenā conscientiā cooperari cōuersationē sanctā / q̄ ad cordis seruiat tranquillitatem ex hoc intelligitur q̄ diu partis sensitiue exuberant passiones tranquillitas possideri nequit in mente. Unde ut hec obtineatur illas sedari necesse est / sedantur quidem principaliter dn̄o uētis ꝛ mari imꝑante tētationibus uidelicet extrīsecis ꝛ intrinsecis q̄ssatiōibus ut trāquillitas fiat magna Nihilominus ꝛ adminiculatiue ꝑ disciplinā sedantur / ad quam Paulus inducit / Per sensuū quoq̨ custodiā / ꝑ carnis macerationē / per solitudinē ꝛ abstractionem / que monasticis artius obseruāda prescribūtur. Quātum aūt ad diuinarū literarū studiū ꝛ diuini uerbi intellectū monastices faciat claret satis / Qui eñ magis diuinorū sunt capaces radiorum q̄ sedatis passionibus tranquilli A populari tumultu semoti fide ꝛ charitate feruentes / dn̄m cū Magdalena intus docentē audientes Non hec dico q̄ monastici tales sint aut alibi hec obtinerī nequeāt: sed q̄ monastica instituta ad hec capessenda optime quadrent ❡ De eleuatione mentis in deū et transformatiōe in Christū quantū monastices coopetur satis in precedētibus dictū arbitror. Heb. 12

Non te moueat plurimorum monastices professorū uitam hijs minus uideri quadratā suo dn̄o stant aut cadūt intrinsecus / q̄cq̄d sit de eo quod agīt extrinsecus abnui potest minime zizaniū mixtum esse tritico. Sed euangelico patrefamilias inhibente non ob id uel zizanium conuellendum. Absit (inquit pater multarum gentium) a te domine ut perdas iustum cum impio nequaquam facies iudicium hoc / Uerū iustiores aut crudeliores nostri sunt iudices qui monasticos omnes zizanium faciūt ut nō sit ex eis qui faciat bonū Nō sit usq̨ ad unū inclusiue ut uel unū tritici granū ꝓ semie remaneat: sed heus dura sentētia oēs cōdēnans monasticos ut nec sanctus ꝛ deo dilect⁹ btē q̨ uirgini charissimus Bernhardus nisi circa finem uite penituisset saluus fact⁹ fuisset. Sed quō iuxta illorū sentētiā uere penituit q̄ monastica sua instituta nō retractauit. q̄ seq̄ces suos ut ab errore resipiscant ꝛ suos nō imitentur errores non ammonuit. Quam sincera in sanctos immo sanctum sanctorum pietas ꝛ deuotio Tot ꝛ tantos uiros sanctos pene pro toto uite sue tempore sub blasphemijs. perfidia alijsque criminibus ponere / ut sic de eis uerificetur propheticū dictum: Mirabilis deus in sanctis suis Quod si ita est / uere erit mirabilis qui charissimis suis amicis (quos mira spiritus sui claritate collustrauit) hoc secretum abscondit / ut nec ad ro. 14 Mat. 13. Gen̄. 18. Psal. 13. Psal. 67

deum nec seipsos nec statum suum per totum uite sue curriculum agnoscerent. Et sic ignorantes ⁊ inuiti/perfidi/blasphemi/ cacodemones/hypocrite ⁊ uicijs innumeris essent irretiti. Eaqꝫ de re a nullis imitandi/Ex consequenti hec inferatur sequela ut si qui in monastice saluantur oporteat eos in medio nationis tam peruerse solius dei uirtute custodiri miraculose Uerum reseruabimus dei miracula ad opera magis necessaria.

Audisti nunc quid monastici et cur uouent. Queris nūc quid docent et non rogatus respondes pro eis/Docēt inquis per opera iustificari ⁊ saluari/Regulas suas esse certas uias ad salutem. In opera sua fidere Gratiam ⁊ iusticiam proprijs uiribus cōparare. Alios etiam homines super sua merita fidere/ et se tales esse qui etiam aliorum peccata portent ⁊ deleant/Iustosqꝫ ⁊ saluos faciant celum quoqꝫ aperiant/et sic iactant se docere ultra fidem ut nihil eis desit/ quin Christi sint qui saluare ⁊ se et alios possint. Obsecro ubi hec in aliqua monastica legisti regula/Discute singula monastices instituta si uel unum ex his inuenire queas/ Aliter respondent monastici. Audi monasticorū responsa/nostra instituta docent/nostra doctrina est/deum puro corde/conscientia bona ⁊ fide nō ficta colere. Ab omni eius offensa studiosius cauere/Diuinā sedulo implere uoluntatem/ad deiformem aspirare unitatem/ supernum indefesse implorare auxilium/dominicam passionem deplorare in eandem imaginem transformari/et ut hec efficacius fiant. docent carnē ieiunijs uigilijs ⁊ laboribus macerare/carnis lasciuias frenare/ indomitos ire motus cohibere mentis ⁊ corporis pudiciciam custodire Mundi uanitates circūspecte fugiendo declinare/quietem ⁊ silentiū amare/proximis nihilominus pro loco ⁊ tempore secundū fraterne charitatis exigentiam obsequi deuote Hec sunt monastices exercicia.

Perpende si sint fidei consona/si catholica/si euangelice ⁊ apostolice doctrine quadrantia. An uero preter aut supra aut extra aut uero contra fidem/contra uerbum dei/contra Christum/contra euangelium/contra dei precepta/ contra Christianam libertatem/ contra omne bonum. Ut eos merito censeas a fide apostatas/impios/gentiles. Iudeos/sacrilegos/mendaces/erroneos/demoniacos/hypocritas/sanctorum exemplis aduersarios aliorum seductores. Quibus omnibus eos affecisti titulis tanq̄ deo odibiles. Et ob hoc ab omni populo Christiano merito haberi exosos/exterminandos. Et

in unam conglobatos congeriem tartari tradendos.

Porro si instituta monastica supradicta fidei ꝛ Euangelio bene quadrãt uti luce clarius liquet Et obligatio discreta ad eã in usum uẽdicanda que fit per uotũ bene quadrabit cum a bono nihil decerpat Quin uerius bonum promoueat Uotum nempe in pugna contra malum confortat ꝛ cõfirmat. Plerumqꝫ enim monasticus graui tentatione quassatus a monastica discederet uita/nisi ad eam se al ligatum sentiret. Ad bonum quoque impellit ad quod finaliter ordinatur. Firmat proinde in bono que firmatio tanto animum facit liberiorem quanto minus in bono nutat/ libertatem denique ad peccandum restringit que defectum ꝛ impotentiam uerius quam facultatem notat. Totum deniqꝫ hominẽ peculiari ꝛ familiari quodammodo offert et colligat deo. Que omnia in fide et ex fide ꝓcedere sub spe ꝛ fiducia diuine assistentie(ut qui cepit bonum opus perficiet)ambiguum non est/ut sic tãdem in charitate radicatus monasticus ꝛ fundatus ualeat assequi cum omnibus sanctis que sit latitudo ꝛ longitudo ꝛ profunditas ꝛ sublimitas cognoscereqꝫ preeminẽtem cognitioni dilectionem. Formidandum ne erit /ut deus contra Uotariũ irascatur eumqꝫ perdat quia sincero affectu ad ea que ad ipsum ad eius laudem ad omne bonum promouent se perpetuo deuinxit uoto ut sit a malo elongatior ad bonum expeditior ꝛ liberior. Et ad ipsum deum perpetuo tenendum ardentior. Philip. 1 Ephe. 3.

Ea que de pretensa inseruntur monasticorum insania ꝛ bonorũ operum cõmunicatione specialem expetunt tractatum Et cum personalia sint nihil monastico statui adferunt uel decerpũt/dicimus tamen sermone succincto ex S. Pauli Tropo/ omnes nos esse unius capitis Christi membra. Membra autẽ non modo pro capite aut toto corpore/uerũ quoqꝫ ꝓ seinuicẽ sũt sollicita nec charitati om̃ia membra cõnectẽti detrahit si unus fidelis membrũ Christi ꝓ alio membro interpellat membrũ aliud operando iuuat/ fouet/ꝓtegit/ propugnat seipsum periculo ꝓ alio exponit. Hec enim om̃ia finaliter in totius corporis bonũ redundant. Cur ergo non possum pro alio in particulari apud deum interpellare pro eo aliquod bonum opus facere penale aliquid pati/et sic orationes actiones ꝛ passiões meas alteri cõmunicare. Repugnat ne hoc fidei aut fraterne charitati siue scripture sacre aut formidandũ ꝙ deus offendatur qui tali nos uinculo colligauit Aut forte talia fieri non possunt /nisi in eis 1. Cor. 6.

ponatur iustificationis fiducia. spes salutis ꝛ eterne beatitudinis ꝑ hoc ꝯsequēde. An nō pñt ambo ꝛ q̄ facit ꝛ ꝑ q̄ facit esse prius per fidem ꝛ gratiam iustificati boni electi ꝛ deo grati/ ut in illo charitatis uinculo cōglutinati ꝛ ille meritorie proximo subseruiat et alter grato animo in eadē charitate pietatis obsequiū acceptet uiuus sit uel defunctus. Reuera si in nobis sincera flagraret charitas tales utiq̧ de essent calumnie/querulant̄ pleriq̧ fidē euo nostro extinctā/ego charitatem que uinculū est perfectionis ꝛ finis legis ac diuinarū ꝓmis-
Colos.3. sionum complementum ingemiscens lamētor extinctā/ut pene q̄sq̄
1.Thi.1. non mala modo:sed ꝛ pessima sentiat de proximo.
Mat.22 Ad apostolicā ꝓcedemus reuelationē in qua grauissimis tū clerici/tum monachi celibes cōstringunt̄ neruis forte testiculorum behemoth. Audiamus tamen post alios ꝓphetantes ꝛ scripturas sanc-
Job.40. ctas interpretātes/iuxta Pauli doctrinā. Interea sedētes dijudica-
1.Cor 14 bimus. Et si deo inspirāte assidētibus nobis q̄ppiā reuelatū fuerit ꝓducemꝰ in mediū ꝛ prior taceat/nō est em̄ ꝯfusiōis deꝰ: sed pacis.

Reuelatio Pauli que per unū ꝓphetā de monasticis ꝛ celibibus interpretat̄ ad literā hec est. Spiritus aūt manifeste dicit q̄a in no-
1.Thi.4. uissimis temporibus discedēt quidam a fide attendētes spiritibus erroris ꝛ doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mēdacium Et cauteriatā habentium suā conscientiā probibentiū nubere abstinere a cibis quos deus creauit ad ꝑcipiendū cū gratiarūactiōe fidelibus ꝛ hijs qui cognouerūt ueritatē quia oīs creatura dei bona est et nihil reijciēdum quod cum gratiarumactione percipitur Sanctificatur enim per uerbum dei et orationem.

Interpretatio prophete sequitur.

Autor Ego plane huius solius uerbi auctoritate ausim uniuersos monachos a suis uotis absoluere ꝛ cum fiducia pronunciare uota eorū esse corā deo reproba ꝛ nulla antea enim solos sacerdotes a celibatu
Replicator uirtute huius uerbi absolui. ¶ Certa huius prophete reuelatio qui tā ta interpretatur fiducia spiritussancti secreta futura ut nec in uno iota hesitet/uerum quia ꝑ Paulū nobis concessum est ut sedentes et audiētes dijudicemus. Ad hoc utiq̧ utrum uerus ꝓpheta uereq̧ ꝓphetiam sit interpretatus et ecce spiritus alium nobis suggerit intellectum. Obsecramus autem eos qui hucusq̧ diu satis et libere prophetauerunt ꝛ diuinas nobis interpretati sunt scripturas secūdum spiritū suū.hoc est.per tempus ꝛ tempora ꝛ dimidiū temporis nobis sedentibus ꝛ expectātibus longanimiter dijudicātibusq̧ ac seri

pturas scrutantibus iuxta preceptum domini si ita se haberent. Im
pellit autem ꝛ nos spūs quem nec prohibere nec cōtinere possumꝰ: Joan. 5.
quin in medium producamus que ille suggesserit / Metiantur autē Act. 17.
et ipsi nobis ea mensura qua nos mensi sumus euangelio satisfaciē Mat. 7.
tes. hoc est. ut nos quoqꝫ equo ꝛ pacato audiant animo. Nil enim
indiscussum preteribimus apostolo obtemperando Omnia proba 1. Tes. 5.
te quod bonū est tenete / Et probate spūs si ex deo sint / demum tran 1. Joan. 4
quilla mente caritatiuo affectu probabimus spiritus / adinuicē con-
feremus dijudicātes quis intellectus uerior uereqꝫ a spiritusancto
intentus / Mentis itaqꝫ contuitū ad ꝓphetiā figamus Nec ab ea di
moueamur orantes ꝛ deprecantes dominū ut nobis uasis electiōis
sue Pauli donare dignetur intellectum et quod sibi reuelauit nobis
interpretetur / Eius enim est interpretari cuius est condere.

Dicit ergo spiritussanctus ꝛ benedictus. In nouissimis tempori
bus quanquā hoc uerbum nōnunqꝫ in diuinis literis ad totū refe- 1. Joā. 2
ratur noui testamēti tēpus dicēte Joanne: Nouissima hora est ueri
similius tamen in ꝓposito ad ultima sexte etatis referri tempora. De
quibus ad Thimot. Paulus ait: In nouissimis temporibus insta- 2. Thi. 3
bunt tempora periculosa ꝛ erunt homines seipsos amantes / cupidi
elati ꝛc. Et beatus Petrus: Venient in nouissimis tpibus illusores
iuxta ꝓprias cōcupiscentias ambulantes / De quibus ꝛ saluator q̄a 2. Pe. 3.
abūdabit iniquitas refrigescet charitas multorū Videt̄ ex hoc pri- Mat. 24.
ma facie nō de antiquato per mille annos ritu qualis est tū clericoꝝ
tum monasticorū celibatus ꝓphetare. Prosequamur. Discedēt qui
dam a fide. En ꝓphetie fundamentū. ut intelligamus omnia sequē-
tia de hijs intpretāda q̄ a fide discedūt. De hijs enī q̄ fidei sūt spūi-
sctō pricipal' est cura. Quidā dicit nō multitudo maxia q̄lis clericoꝝ
et monasticoꝝ cernit̄. Attēdētes: si docētes dixisset solos mgros no
tasset qui pauci in uocabulo q̄dā potuissent intelligi. Verū dicēs at
tendētes nō maximam discipulorum numerositatē uoluit intelligi.
Spiritibus erroris ꝛ doctrinis demonioꝝ in hypocrisi loquentiū
mēdaciū / hoc de omnibus exponit̄ hūanis ꝯstitutionibꝰ de q̄ cona
tu sequēti. Ad duas doctrinas q̄ in presentiarū uentilant̄ accedamꝰ
Prima notat̄ in uerbo ꝓhibentiū nubere / Cū supra ostēsum sit celi
batū ꝑpetuū a domino laudatū ꝛ hijs q̄ cape possūt cōsultū ī ꝯmu
nutāti ꝛ ꝯtrario precellētiorē. Per noti q̄q; accessi m nō minus deo
fieri gratū. Sequit̄ doctrinā de ipso ꝑpetuo fuādo nō esse doctrinā
demoniorū. nā ex diametro ꝓgnāt doctrina Christi et demonioꝝ.

Sequitur secundo doctrinā prohibentem eius uiolationem per matrimonij contractum qualis est doctrina ecclesiastica simili mō nō demoniorum doctrinam esse sed ex Christi doctrina manare.

Sequitur Tertio si per matrimoniū post contractū uiolet. Ipsum matrimoniū irritandū quod etiā ecclesiastica cōtinet constitutio cū celebs quo ad hoc non sit sui iuris ut corpus tradat alteri quod per celibatū donauit Christo. Nec obstabit saluatoris sentētia. Quod deus cōiunxit homo non separet: quia non deus: sed diabolus coniungit qui cōtra perpetuū suum celibatum contrahūt matrimoniū.

Sequitur quarto. S. Paulū in hoc uerbo prohibētiū nubere nullū ad celibatū perpetuū habuisse respectū nec h' intēdisse spm̄sctūm.

Sequitur quinto/ ecclesiam celibatū perpetuū inuiolabiliter seruandum decernentē. non ꝓhibere nubere: sed prohibere celibatū perpetuum uiolari/ q̄ non prohibeat nubere etiam ex hoc intelligitur(cū hoc uerbū absolute(ad nullum tempus restrictū)ponatur/ nec nos nostra debemus glossa ad tempus post celibatū restringere/ q̄ si liberum dimittat̄ sicut in litera ponitur patet q̄ celibes non comprehendit quia potuerūt anā celibatū libere(cui uoluerūt)nubere Et celibatum assumpserūt uoluntarie siue in monastice ut clarū est. siue in clericatu. Quod ex hoc claret quia non fuit coactus clericatū assumere: sed uolens assumpsit. Consensit ergo non modo in clericatū: sed ⁊ in omne id quod ei est inseparabilit̄ per ecclesiā coniunctū. Nam ecclesia occidētalis celibatū in clericatu suscepit inuiolabiliter obseruandū Nec a quopiā admittit̄ euasio dicendo q̄ ad celibatū in susceptione sacrorū ordinū se obligare non intendit Nam in obligatione cōmuni ⁊ publica non admittitur in exteriori foro interpretatio priuata ad uniuscuiusq̄ cōceptum. Unde clericus ordinatus in perpetuum celibatum consensisse iudicatur.

Sequitur sexto. Passum hunc necessario ad aliū sensum esse referendum ad eum uidelicet /qui decernit matrimoniū de se/ omni persone omni tempore esse illicitū utpote a diabolo institutū. Hoc enim asserere est a fide discedere ⁊ hoc credere est attēdere spiritibus erroris et doctrinis demoniorum. Nam contrariatur scripture sacre ut
Mat. 19 Saluator ostendit Matrimoniū licitum ⁊ a deo institutū quod in
Joan. 2. propria persona declarauit dū nuptijs interfuit. Et S. Paulus ait:
1 Cor. 7. Qui matrimonio iungit uirginē suam benefacit. Tales ergo discedunt a fide Errant/loquūtur mendacium Et sunt hypocrite celiba-

rum iudicantes omnibus necessarium.

Secunda. In uerbo abstinere a cibis quos deus creauit et cetera.

Claret ex litere circumstātia q̄ spiritussanctus ꝛ benedictus non intendit hijs uerbis eam reprobare abstinentiam que pro certo indicitur tempore ꝛ a certis Et nihilominus ex pijs et rationabilib⁹ causis/ quod patet primo/ quia hoc non est discedere a fide cū talis probibitio fidē nullo mō respiciat: sed cōmodū temporale aut uoluptatem referatur q̄ ad spiritū/ et sic ex nulla superstitiōe sed ex deuotione fiat. Secūdo quia subnectit quos deus creauit. Quid hec clausula ad ꝓpositū facit/ nisi quia notat superstitiosos errantes/ qui cibos a malo principio creatos asserunt ut sunt manichei Tertio ad eundem sensum subiungit/ quia omnis creatura dei bona/ per quod manifeste intelligi uult eos qui cibos per se malos iudicabāt. Quarto. In ultima clausula dicit Sanctificatur enim per uerbū dei ꝛ orationem ac si dicat. Si aliqua est ibi malicia uel immūdicia nō erit cibo essentialis: sed accidentalis que purificatur p̄ orationem ꝛ benedictionē sicut a fidelibus benedictio dici solet ante esum cibi. Quinto. Per hoc quod dicit ab escis absolute sine restrictione ad speciem utpote carniū uel ad tempus. Notat ergo probibitionis uniuersalitatem ad omnes escas.

Claret ergo hunc passum secundū spiritussancti sensum ad eos referri qui a fide ꝛ scriptura sacra aberrant dicentes cibos per se malos contra illud: Vidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant ualde bona. Gen. 1.
Tales enim sicut priores errant ꝛ loquūtur mēdacium. Quomodo enim ecclesia loquitur mendaciū contra fidē dicendo fideles in quadragesima ieiunent ꝛ a carne abstineāt cū nihil affirmet: sed aliquid ordinet. Preterea hoc preceptū abstinentie non redarguit scriptura in Jonadab filio Rechab/ qui precepit posteris suis dicens. Non Hie. 35.
bibetis uinum uos ꝛ filij uestri usq̄ in sempiternū Quin potius per Hierem. posteris eiusdē ꝓ tali obediētia ꝛ abstinētia bona ꝓmisit. Sed ꝛ primū apostolicum conciliū Hierosolimis adunatū iniungit fidelibus de gentilitate conuersis abstinentiam a suffocato ꝛ sanguine Et si hoc fuit eis licitum ꝓ fraterna charitate/ quare nō similiter erit licitū ꝓ pietate/ ꝓ reuerentia in deū ꝛ sanctos ꝓ carnis maceratione pro mentis in deū eleuatione/ Num formidandū q̄ spiritussanctus tales abstinere precipiētes Imo preceptis talibus attē Act. 15.

dentes obtemperando iudicabit a fide discessisse Ob hoc perpetuo damnandos esse. Nam secundum hanc interpretationē ieiunās uel unum diem ex precepto ecclesie erit hereticus et peccabit mortaliter. Quid enim error et mendaciū in scriptura sacra aliud est q̄ heresis. De abstinentia monasticorū minor est questio quia nō ꝓhibent̄ ab stinere ab escis ipsi seipsos restrinxerūt p monastices assumptionē.

Tertium Tormentum.

Vota aduersari libertati Euangelice que est fructus uerbi et fidei.

Primum fundamentum huius positionis.

Autor. Votum perpetuū ledit fidem. probat̄/deo placere nō potest uotū: sed nec uotū apud deū censeri. nisi sit germane christianum et piū est. Christianū aūt ꝛ piū nō nisi qd̄ illesa fide uouet̄. Illesa fides tūc est: quando uotum pro re libera ꝛ nō necessaria ad iusticiam ꝛ salutem habetur quas certum est nullis legibus/nullis operibus sed sola fi de in Christo obtineri. Quare ꝛ uota illa opinione iusticie ꝛ salutis parande/ presumpta/sunt iniquitates ꝛ perditiones.

Replica tor ¶ Fundamentum hoc supra subuersum est. Supponit enim q̄ uo tum habeatur ꝓ re necessaria ad iusticiā et salutem quod falsum est: sed habet̄ ꝓ re ad ꝯseruationē iusticie ꝛ salutis plurimū accomoda.

Secundum.

Autor Cum igitur ex hijs certissimum sit apud deum non acceptari uo tum/nisi tale quod ad iusticiam ꝛ salutem non necessarium estime tur. Nec ipse mandauerit ullum uotum uoueri plane sequitur libe rum esse eiusmodi uotū ꝛ omitti posse. Pugnant enim duo hec eui denter non esse necessarium ad iusticiam ꝛ salutem/ꝛ nō posse omit ti sine periculo iusticie ꝛ salutis. Si non potest omitti necessariū est si necessarium non est omitti potest.

Replica tor ¶ Ad hoc dicendum. q̄ non mandauit quidem ullum uotum uoue ri. Vouere enim liberum est/mandauit autem uotum reddi. d. Vo uete ꝛ reddite. Et Salomon: Si quid uouisti deo ne moreris red dere. Et in Deutero. Cum uotum uoueris domino deo tuo non tar dabis reddere/quia requiret illud dominus deus tuus/Et si mora tus fueris reputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis obserua bis ꝛ facies sicut promisisti domino deo tuo: et propria uoluntate ex ore tuo locutus es. Quod infertur. Non sequitur ex promissis li berum est/ergo non necessarium ergo potest omitti. Liberū est quo

Psal. 57 Eccle. 4. Deut. 23

ad id quod uouetur ante uoti emissionem: sed necessarium post uotum. Non propter se/quia non iustificat nec salutem cōfert: sed ꝓpter dei preceptum de uoto seruādo/ ⁊ sic stant simul quod id quod uouetur non sit necessarium ad iusticiam ⁊ salutem/si secundū se cōsideretur. Post uotum tamē desuper emissum sit necessarium ad seruandum in respectu ad diuinum preceptum. Hoc autem preceptum dei cum sit morale ⁊ non ceremoniale aut iudiciale / tenet ⁊ obligat pro omni tempore ⁊ statu uie.

Consectarium.

Uotū cum sit de iure diuino ⁊ latriā respiciat Sitq; fidei ꝓtestatio/nullo mō euangelice libertati aduersat̄. Declarat̄. Euangeliū est ecclesie uniuersali missum ut totā ecclesiā respiciat. Hec aūt eadē est in ueteri ac noua lege/ut patet ex saluatoris parabola de uinea. Erit ergo eadem libertas euāgelica. Libertas eñ hec Euangeliū sequit̄. Item libertas hec est fructus uerbi dei ⁊ fidei. Idē autē uerbū dei et eadem fides est ueterū ⁊ modernorū ergo eadē libertas obligatione ceremonialiū ⁊ iudicialiū excepta. Cum igit̄ in lege ueteri dn̄s de⁹ uota nō respuerit tanq̄ illicita uel libertati filiorum dei aduersa/ quin solui mādauerit quanq̄ grauissimū legis onus habuerint/ ut Petrus testatur/multo minus respuet/imo fortius exiget in noua cum iugum habeamus suaue ⁊ onus leue/⁊ hoc concludit de temporariis et perpetuis uotis cum lex non distinguat. Ubi autem lex non distinguit nec nos distinguere possumus Eneruata est per hoc omnis argumentatio ex libertate euangelica desumpta. Mat. 20 Act. 15.

Consectarium secundum.

Per nulla uota uel uotorum opera siue temporaria siue perpetua infringitur libertas euangelica nisi sint saluti anime contraria dicēte saluatore: Qui non est mecum/contra me est/et qui nō colligit mecum dispergit Et ad discipulos: Qui nō est contra uos pro uobis est. De hoc profusius supra conatu nono ⁊ decimo. Luce 11. Mar. 9.

Consectarium tertium.

Igitur oēs assertiones sup hoc fundamēto stabilite contra uotū uotorū opa/cōstitutiones ecclesiasticas uel monasticas ad profectū anime ordinatas modo in eis non ponatur salutis ⁊ iustificationis fiducia futiles sunt ⁊ inanes. Nā libertas hec euāgelica uel christiana malū oppugnat/nō bonū exterminat/imo in omī bono firmat. Tanto eñ quisq; liberior est hac libertate quāto a malo elōgatior.

Tertium fundamentum.

Autor

Ipsa ratio uouendi ꝛ in uotis uiuendi ex diametro pugnat cum Christiana conscientia Ostendit. Conscientia hec est/ uirtus iudicādi de operibus que uel ream uel saluā faciāt corā deo/ Hanc Christus liberauit ab operibus dū per euāgeliū eam docet nullis opib⁹ fidere atq; ita heret in opibus Christi solis absolutissime/ Ratio aūt uouendi ꝛ uiuendi in uotis in hoc ipsum reperta est/ ꝛ iactatur hoc monasticum institutum ut conscientiam illaqueet ꝛ seruitute legali captiuet/ Nonne ideo fouent ut singulari pre ceteris obsequio seruire deo uideātur se ceteris preferunt/ Cur alioqui omnes alias uias uiuendi sic contemnerent ꝛ hanc solā suspicerent.

Replicator.

Quero abs te/ potest ne Monasticus omnē fiduciā suam in omnibus uotis ꝛ operibus in Christū iactare/ ut ea ꝓsequatur quia sibi plurimum ad Christi seruitutem accōmoda ꝛ ad multa bona ꝓmotiua que in superioribus partim sunt explicata non aūt ut iusticiam conferant an ꝑ uotum ꝛ monasticum institutū necessitetur ad fidendū in opera Ad superbiendū de suis institutis. Ad alios paruipendendū opinor. Responsum dabis ad primū quesitū affirmatiuum/ ad secundū negatiuum. Neq; em̄ probare unq̄ cōtrarium poteris/ cum nullus necessario fidat in se ꝛ suis actibus Alias quis necessario peccaret contra deum ꝛ Christum eius/ Si nō necessario fidit in se ꝛ suis actibus. Poterit ergo ꝛ se ꝛ opera sua in deū referre in quocunq; instituto/ et si hec uera sunt imo quia uerissima/ cur asseris uotū natura sua pugnare ex diametro contra Christianā cōscientiam Que est illa natura sua tam impia ꝛ inīqua Nonne uotū naturam suam habet/ Ex materia sup quam trāsit/ ex fine ad quem tendit/ ex principio motiuo a quo ꝓcedit/ et materia uoti possit esse quippiam quod nō sit per se malū uerius bonū uel ad bonum plurimum promouens. Finis quoq; bonus uidelicet gloria dei motiuū bonū ex fide ꝛ charitate deo in tali modo uiuēdi perpetuo obsequi sub bona nihilominus ꝛ debita forma. Unde ergo uoti malicia cū omnes eius cause possint esse bone/ profecto quod ꝑ naturā tale est non potest non esse tale. q̄ autē queris/ cur alioqui omnes alias uiuendi uias sic cōtemnunt ut hanc solam suspiciant Ego in persona bonorum monasticorū respondeo/ Nullam aliā uiam ad regnum celorum accomodā contemnimus: sed hanc suspicimus quia nobis placet ꝛ nobis plurimum expediēs uidetur ad ea que in prima hui⁹

conatus parte sunt ꝓposita assequenda Ad quorũ deniq̃ assecutionem miraculis que tu fingis non indigemus Verũ gratiam diuinã ad hoc iugiter imploramus que ⁊ nobis sufficientissima est.

Que subnectis scrutator cordiũ ⁊ diuinorũ ꝓscius secretorum de intentione uirginum ⁊ celibũ in seruanda castitate Volentes deum acceptatorem facere psonarum/⁊ principaliter cõtinere ꝓpter mercedem. Nonne ex temerario procedunt iudicio ꝯtra charitatem ꝓximi cur nõ possunt continere propter deum ⁊ ipsi cõmittere/si uelit uel nolit pro ea cõtinentia ⁊ si uelit(quantum mercedis)retribuere. Ponatur ꝙ oculũ sinistrũ ad remunerationem habeãt/ cum ille ex fide procedat ⁊ certis diuine scripture innitatur promissis de bonorum operum retributionibus/quid impietatis cõmittent in deum/ aut iniquitatis in proximũ/ forte facies omnes Christianos perfectos ut nulla lege impellente/nulla spe premij excitãte: sed mera gratuita ⁊ uoluntaria mẽte etiã quecunq̃ ardua seruentur. Sicq̃ fidelibus omnibus sinistros erues oculos ⁊ imperfectos quosq̃ ad remuneratiõe quomodolibet respectãtes impietatis cõdemnabis ⁊ a regno dei extorres facies. Optãda profecto hec est infidelibus cunctis tam pura ⁊ sincera cordis intentio Nec tamen paruuli a Christo euellendi quin compassiuo affectu ad Christũ adducendi. Mat. 19

Quartum fundamentum.

Tota monastices ⁊ uota et uniuersa hominum mãdata sunt per libertatem Euangelicã ꝓhibita/et quicquid generaliter in externis ceremonijs seruari potest Ad ea enim omnia subruẽda potestatem prestat libertas hec quam deus sanxit/ ideo diuini iuris est/quã nec reuocabit/nec aduersus eam quicq̃ acceptare potest/Neq̃ enim homini licet uiolare ullo uel minimo statutulo. Autor.

Hec probatur primo p Paulũ ad Galat. dicentem: licet nos aut angelus de celo euãgelizet uobis preterq̃ qđ euãgelizauimus uobis anathema sit et infra. Vos in libertatem uocati estis. Et iterum qui autem cõturbat uos portabit iudiciũ suũ. Ex quibus uerbis habes nihil licere docere ulli qđ sit aduersus euangelicam libertatem. Talia sunt que predicta sunt et omnino quicquid non est mandati diuini abrogatum est et libertati donatum. Galat. 1.

Ad hoc alia auctoritas Pauli. Si ergo mortui estis in Christo quid adhuc tanq̃ uiuentes mundo decretis tenemini. Colos. 2.

Saluator in Matheo frustra colũt me doctrinis et mãdatis hoim. Mat. 15

Thi. 1. Paulus ad Thitū. Non intendentes mandatis hominum auersantium ueritatem.

Hec certe sunt mandata dei prohibentia doctrinas hominum/ tam doceri quam audiri. At uouendi institutum/ nonne merissime humanum est/ nōne situm est in rasura/ ueste/ cibo/ potu/ diebus locis gestibus ⁊ alijs ceremonijs/ Ubi aliquid horum precepit deus/ ubi precepit eam paupertatem / eam obedientiam/ eam castitatem. Quid igit̄ adhuc dubitas ea nec licere nec licuisse uouere.

Replicator. ¶ Totus illius cauilli processus tribus nititur falsis assertionibus. Prima libertas Euangelica expugnat omnia opera, omnes ritus/ omnia instituta que non sunt a deo precepta. Secunda Solum ea bona sunt ⁊ deo grata que sunt ab eo precepta. Tertia monastice institutiones ⁊ omnes cōstitutiones ecclesiastice ⁊ seculares sunt merissime hominum doctrine ⁊ mandata que diuina scriptura reprobat ⁊ explodit. Falsitas prime est ostēsa conatu 9. Indagine. 16. 17 et 18. Aliarum duarum declaratio specialem expetit tractatum. Ad quem omnia illa/ que modo succinctus pretereo referre placet/ qui proximo limine subnectetur.

Inter hec causas unde monastice nate sūt schole somniat et quo pacto introducta sint uota. Cum principalis causa institutionis harum sit duplex ad deum unio/ de qua dictum est in primordio. Que ratio durat in hodiernum usque diem ⁊ durabit. Que et totum uite tēpus usq; ad mortē cōplectitur ut semper sub monastices disciplina homo exterior ⁊ sub trāquillitate ac pace homo foueat̄ interior.

Tormentum Quartum.
Uota aduersari preceptis dei.

Audi horrendas monasticorum in deum blasphemias.

Autor ¶ Supra satis ostendimus ubi de fide egimus ut aduersus tria precepta prima pugnet institutum monasticum. Fides enim in primo. Laus ⁊ confessio nominis in secundo/ et opera dei in nobis in tertio precipiantur. At institutio uoti dum docet opera fidem euacuat. Et inde abiecto nomine dei suum erigūt. Neq; enim Christiani amplius: sed Benedictini Franciscini dicuntur hos ⁊ suos patres pre Christo iactant. Ideo in suum nomen confidunt/ in hoc gloriantur/ non ergo assumant nomen domini nisi in uanum: Sed nomē

suum/quod per opera erexerunt. Videas enim eos plane desperare si ordinem suum non seruasse/aut doluisse de non obseruato sese ui derint tum hoc nomine secure expectant coronam glorie longe secu rius quam q᷑ baptismate sint in Christum consecrati. Imo nec co gitant unquam sese baptizatos in opera Christi ut in eis cõfidant. Ita uides ut fides et primum preceptum stare cum doctrina mona stici uoti non potest nisi miraculo gratie dei.

Ita nec preceptum secundum cum eius iactantia ⁊ titulis habent inanes lampades/ id est/ opera propria et sine operibus proprijs nihil presumunt apud deum. Quam horrendum est igitur ea teneri conscientia non posse saluari /nisi ordinem tuum seruaueris/ posse autem saluari si seruaueris. Nonne hic tacetur Christus totus/ At hec conscientia nusquam esset si uoti institutum non esset. Nunc au tem ubiq; est/nusq᷑ ergo sabbatum sanctum est. Nomen Christia/ num extinguunt ⁊ suum statuunt in eius locum uolentes in eo salui fieri/quod in solo nomine Christi fieri potest ⁊ debet.

Impossibile est eum / qui operibus ⁊ uotis nititur non querere proprio nomine salutem. Habet enim opera et merita preter Chri sti opera ⁊ merita/habet ergo et nomen aliud preter Christi nomẽ. Hoc est esse Christum. Hec est blasphemia nominis domini in gẽ tibus quod sanctitas ⁊ sanctificatio alteri quam nomini domi ni iam passim tribuitur. Omnium enim ore ordines eorum san cti dicũtur quasi sanctificent suos obseruatores aut quasi sanctum sit in eis incedere.

Cum autem has sacrilegas ⁊ blasphemas opiniones seu consciẽ tias oporteat a Christianis esse quam remotissimas quid adhuc du bitas abstinere/fugere/uitare/mutare uota monastica ⁊ totum eius uite genus quod in hoc ipsum repertum est/ut tales cõscientias red dat/ Nec natura sua potest alias reddere ⁊ uideas presente experien tia toto orbe tales reddi. Negare nõ potes monasticũ institutũ esse sediciosum aduersus Christum ⁊ proprie hereticum. Excitat enim se ctas in populo Christi. Cum dare non possis citra miraculum ullũ religiosum/ qui non teneatur hac sacrilega ⁊ blasphema conscien tia saluum se fore ubi ordinem suum seruarit- ut quid alioqui uoue ret ⁊ seruaret si talis eius conscientia non esset.

Ecce quanta tormentum hoc exoneratum fecit tonitrua ut dubitari nequeat infernale esse cum simile non inueniatur in terra.

Replicator

Audisti cādide lector huius uim tormenti quantas formidolosis monachis in eorum dedit machinas ruinas/ Notasti ne quantam cedem fecit in fraternā charitatem: Quomodo sathanas in extremo monastici hiatu acriores sibi afferre posset acusationes. Re uera opinor si una fraterne charitatis uel minima uenula in scriptore fuisset calamū uel parum temperasset. Accedamus post exoneratum tormentū/ruinas in monasticorum fortalitijs factas si instaurari possint uideamus. Imploremus nihilominus deū iustum iudicem/ut si iusta sit hec impetitio iudicet/nō ut nocentes puniat: sed ut innoxios eripiat quia orphanorū pater est et pupillorū adiutor.

Autor

Primum probatur in primū delinquere mandatum/ quia institutio uoti dum docet opera fidē euacuat.

Replicator

¶ Quid obsecro docent decalogi precepta/ Nonne opera ergo fidem euacuant. Docet ne uoti institutio fidere in opera/ si dixeris sic. Respōdebo calumniaris cū supra crebrius ostensum sit opera bona non repugnare fidei/ imo fidem uiuam exigere opera.

Autor

Sequitur. Et inde abiecto nomine dei suū erigunt ut Bñdictini Franciscini etc̄ dicant:

Replicator

Quero abs te potest ne alicis uocari clericus alius laicus/ Alius in matrimonio constitutus/alius uiduus absq; nominis domini iactura. dices/utiq; quare. Quia status illi fidem non uariant precepta dei non mutant/ sacramēta nō alterant et uniuersaliter nihil eorum que Christiane et Euangelice sunt institutionis peruertunt. Quare ergo non idem de monasticis sentis/quorū institutum est non solum Christianismum nō uiolare uerum quoq; in integrum statuere. Essentiale ne est Christianismo ut nullo alio nisi Christiano intituletur nomine/ Noīa q̄ pretendis ab Christianismi essentialibus nō deriuant. De hoc plenius infra conatu seqnti.

Iterū abs te quero cū me nomino Franciscinū et ex corde imitator eius et doctrine et uite esse exopto/potest ne hoc stare cum fide et in nomine Jesu Christi fiducia Dices q; non/quia ais hos et suos patres pre Christo iactant. De mihi quia non possum patrem meū Franciscū imitari ut ex eo Franciscini nomen usurpem sine blasphemia Christi et iniuria nominis diuini In tantū sibi aduersant uita et doctrina Christi et S. Francisci ut alterius titulus in alterius

uergat iniuriam ut nec subalternatio quepiam ibi ualeat inueniri. Autor
¶ Sequitur argumentũ contra spem. Vides enim eos plane despe-
rare si ordinem suũ nõ seruasse sibi conscij sunt. Necessariũ eñ ad
iusticiam ⁊ salutẽ arbitrantur/ubi aũt ⁊c. ut supra est adnotatũ.
¶ Quid est ordinẽ suũ non seruasse? Cum monasticus ordo ad ue-
ram diuini cultus obseruantiã/diuine uoluntatis liberiorem imple Replica-
tionem/⁊ gratie diuine uberiorẽ cõsecutionẽ sit institutus. Qui mo tor
nastici sunt qui ordinem suũ non seruãt? an qui silentium frangunt
aut cucullũ nocte exuũt aut simillima? Non talium transgressio de-
speratos nos reddit/ scientes diuinã misericordiã etiã blasphemis
cõpunctis dare ueniã. Queris nodũ in scirpo/ Falsum deniq3 asse-
ris monasticos talia que sui sunt spetialis instituti arbitrari ad iu-
sticiam et salutem necessaria eo modo quo per scripturã sacram hec
adscribunť fidei. Votũ tamen exoluendũ secundũ discretum diuini
precepti intellectum arbitramur necessariũ; sed in opere uoti fiduciã
ob hoc nõ ponimus ut illo solo alijs etiã transgressis nobis sit sa-
lus. Hec (ait saluator) oportuit facere et illa non obmittere. Vides
quia ⁊ nominis Christi gloria stare potest cũ sancti Benedicti Frã
cisci et dominici titulis qui sicut in uita cũ Christo omnimodã pro
fragilitate humana habere conati sunt quadraturã sic et in sequaci
bus conformitatẽ ad Christũ exoptauerunt ut Benedictinus alius
nõ sit nisi ꝯformis S. Benedicto in quibus ipse ꝯformis est Chri
sto. Vnde Paulus ait: Estote imitatores mei sicut et ego Christi. 1 Cor. 11

Habent inquis inanes lampades/quoniam linceos habes ocu-
los ut et omniũ rimeris cõscientias / Quid si frater tuus quẽ iudi- Ro. 14.
cas in cõspectu domini stet? Potens eñ est deus statuere illum ut in
deo stans et deus in eo ociũ sanctũ habeat et sabbatũ delicatũ domi
no celebret/ Possideatq3 uas cordis sui oleo plenũ quod ei euerte-
re non poteris. O deus quam proni ad alios dijudicandum et con-
demnandũ sumus/hec est Euangelica sinceritas quã nobis uendi-
camus. Quãdiu infelix in hijs uoluar stercoribus/cum totus pro-
cessus aliud nõ nisi temerariũ sonet iudiciũ/quid moramur qui hu
manis cordibus cogitãdi et iudicãdi leges prescribere nõ possum⁹
Quam molestum deniq3 tibi est/ ut ordines sancti nõnunq̃ nomi-
nentur cũ sanctitatis nomẽ passim omnibus ad diuinũ cultũ religa
tis cõmuni usu censeatur commune aut forte in hominibus est bla-
sphemia/quod et lapidibus tribuitur.

Habes ex hijs monasticorũ conscientiã quia ut fideles in deum

credunt in deū sperant/deū summopere diligere exoptant/ et ut hec perfectius exequi ualeant postergatis mundanis tumultibus/ seque stratis cōsanguineis Abdicata ꝓpria uoluntate mortificādo carnē in Christi cōformitatē aspirant et ad dei unionē anhelant/hoc eorū cōmonstrat institutū quicqd sit de particulari quorundā conuersatione/uocationi sue minus quadrante: Si oculus tuus sinister scādalizat te/erue eum/ ⁊ oculo dextro sincere et fraterne charitatis discerne et decerne si catholici sint an Judei uel pagani/ut eos demum oīum reos criminū insimules ac eoꝝ institutū impiū/sacrilegū/blasphemum/aduersariū Christo natura sua ꝑditionisqꝫ efficax causa oībus q non cum filijs chore seruant miraculose. Irride fistulas has mutas in diuino cultu quid si placēt deo et dulcē in aure dei reddent sonū. Tu ne fraterne inuidebis gratie/sine monasticos saltem quiete in choro mugire cū tuo iudicio ad nihil aliud utiles sunt. Jā em̄ omnes iudicio tuo in baratrū sunt iudicati/ bn̄ nobis quia et si uoluntatē oēs nos ꝑdendi pretendis tibi deest facultas. Deū habemus magis ꝓpiciū qui(si iniqssimi sumus et pestilētissimi homies ut tu decernis)sinit nos ad penitētiam uiuere/nō eā quam tu predicas/ut monasticū ponamus habitum. Instituta nostra ut pestifera postergemus Obedientiā/pauptatē/celibatū/ieiuniū/uigilias/orationes execremur/neqꝫ em̄ uoces et sibilos ſpentū descēsū de monastica cruce suadētiū audiem⁹ surda aure hos canū latrat⁹ ꝑteribim⁹.

Sequitur alia machina.
Aduersari vota charitati.

¶In secunda tabula duo colligamus uidelicet obedientiam parentum et charitatem proximi. Nam post fidem in deum nihil maius est parentum obedientia/de qua Paulus ad Thimotheum ait Viduas honora que uere uidue sunt/ si qua autem uidua filios aut nepotes habet/discat primum domum suam regere/et mutuam uicem reddere parentibus. Hic Paulus prohibet prorsus ne uidua assumatur/si habet domum quam regat/et parētes quibus obsequatur addens/Si quis autem suorum maxime domesticorum curam nō habet fidē negauit et est infideli deterior. Jam superfluū est recēsere quomō charitatē oībus preferat Paulus et id qd̄ Paulus de uidua dicit/de omnibus filijs est intelligendū. Hic nihil de sanctorum exemplis seu facto miraculoso/sed de ipso instituto nouendi loquor/ et auctoritate diuina pronuncio/ Nullum uotum fieri posse abso

(Margin: Autor — 1. Thi. 5. — 1 Cor 13)

lute si pium et gratum deo esse debeat: sed omnia inuoluunt cōditionem scilicet excepte obedientie parētum et charitatis proximi. Cum autem institutum monasticum et impijssime et impudentissime doceat palam non licere parētibus obedire nec curare que aliorū sunt Quippe monachum mundo mortuum dicunt et deo dicatum debere tantum in monasterio agere egeant pereant habeant parentes ꝓximi/ Imo totus mundus anathema sit ipsum simpliciter uel mouere uel seruare. Hic ueni in locum indignationis mee et ardeo me ulcisci de plusq̄ sacrilegis et blasphemis istis mendacijs et insanijs. Propter hanc uel solam abhominationem eradicata extincta/ abolita cupio sicut et oportuit uniuersa monasteria que et utinam ereptis Loth ꝛ filiabus suis de medio eorum/ dominus igne ꝛ sulphure celesti ad exemplum Sodome ꝛ Gomorre demergeret in profundū/ ut ne memoria quidem eorum superesset. Neq; enim satis fuerat illis anathema imprecari

¶ Hec in catholico et plusquam catholico illo libro.

Replicator

Cernis candide lector quomodo zelus domus dei deuorauit uirum illum. Uis dicimus ut ignis descendat de celo ꝛ cōsumat illos. sed nō in igne dominus non in hoc importuno zelo. Unde audi dominum hunc ignem extinguentem/ ꝛ conuersus (ait Euangelista) dominus increpauit illos dicēs: Nescitis cuius spiritus estis Ecce q̄a dominus spiritum tuum non approbat. Unde tuus optatiuus nū q̄ uertetur in indicatiuū. Optaueram iam olim ex uiro hoc audire sibilū aure tenuis sincere doctrine in spiritu humilitatis ꝛ pietatis ac fraterne charitatis/ ut cognoscerē ibi esse dominū. Uerū genius suus eū non ꝑmittit/ Ad hoc enim forte natus est ꝛ ad hoc uenit in mōm/ ut in spiritu grandi ꝛ forti subuertat mōtes ꝛ cōterat petras hoc est papatū ꝛ imperiū cū omni clero: sed nō in spiritu dominus. Et post spiritū cōmotionē populoꝝ faciat: sed nō in cōmotione dominus Et post cōmotionē/ ignē in omnes monasticos ꝛ monasteria mittat ꝛ non ignē solū: sed ꝛ sulphur ut celerius consumant ꝛ in abissum ꝓpriū eorū eant locū: sed non in igne dominus. Prestolamur adhuc quartū/ ut in sibilo tenui ꝛ leni ueniat humiliter errata corrigendo ꝛ errores suos ueraciter reus cognoscēdo ꝓ quo ꝛ deū supplices exoramus. Nonne lector uidetur tibi. huic uiro accidisse sicut Saul/ qui prophetans in medio domus sue tenebat lanceam uolens configere Dauid ad parietem. Quid faciemus. psallamus cithara cum Dauid: si forte leuius ferat Et dicamus.

Luce. 9.
3. Re. 19
Luce. 9.
1. Re. 18.

Primo cum teste saluatore in duobus mādatis charitatis dei ui
Mat.22 delicet ꝛ proximi pendeat omnis lex ꝛ omnes ꝓphete/ pendebunt et
omnes institutiões monastice ut qui charitatē uiolauerit sit omniū
reus. Hec est enim ex qua uera orit̄ pietas ꝓmissionē habens uite q̄
nūc est ꝛ future. ¶ Dicamus secūdo/ Omne uotū pium ꝛ deo gratū
implicare charitatem/ ut pium non sit quod charitati repugnat.
Quippe cū omne uotū ꝓ charitate exaugenda ꝛ cōsummāda militet
mō carnalitas charitatis nō contegat̄ pallio. Est enī breue ut utrā-
qꝫ operire non possit in strato cordis quod ad hec duo simul capiē-
Esa.28. da coāgustatū est. Vn̄ negamus in institutis monasticis doceri op-
positum. ¶ Dicamus tertio. ꝙ si parentes ꝓlis suffragio egeant nō
posse assumi monachatū in illius debiti exhibendi preiudiciū. Hec
enim est sentētia dudū ꝑ doctores etiā monastice uite ꝓfessores de-
cisa. ¶ Dicamus quarto. Charitatis debitū ꝓ loco ꝛ tpe omnibus
exhibendū cū ꝑ diuinū mandatū nec ad locū nec ad personas speci-
ficetur: sed negamus ꝓpter hoc ꝑ mundū euagādū/ ut queraẗ cui pre
stetur beneficiū utꝰ. de obedientia est dictū. En Cithare nostre cor-
de impetus spūs repressiue cū instituto monastico ꝛ diuinis man-
datis cōsonātes. Dicimus nihilominus amorē ad parētes secundū
preceptū dei ex quo originat̄ debitus honor/ non carnalem esse: sed
spiritualē sicut ꝛ tota lex Christi spūs ꝛ uita est/ nec uere implet̄ nisi
Jo.6. in spiritu. Vn̄ quāto plus inter parentes ꝛ ꝓlem est de amore carna
li tanto minus de spirituali ꝛ ecōtra. Caro enī concupiscit aduersus
Galat.5. spiritū/ spiritus aūt aduersus carnē/ carnalis aūt amor parentum
ad ꝓlem cōijcitur si non eius egentes suffragio eā impedire conant̄
quo minus diuinis uacet aut etiam totam uitam suā speciali diuine
dedicet seruituti. Populari tumultu posito potissimū cū ꝓles sen-
tit anime sue saluti minus cōuenire uulgarē uitā/ sentitqꝫ internos
diuini spūs ad uitā cōtemplatiuā afflatus. Quibus excitata fugam
Hie.50. parat e medio Babilonis ut saluet animā suam/ gratiā uidelicet a
deo acceptam in finē usqꝫ cōseruando. Ceterū cū celibatus ut supra
est ostensum a domino sit laudatus ꝛ hijs qui diuinitus ad eū susci
piendū ꝛ tenēdum acceperunt donū consultus/ exigit libertas spūs
ut seclusa parentum necessitate proles sic affecta quasi iure paterno
per parentes nō abstrahatur a celibatu ꝛ nuptui tradat̄. Nec ꝑ hoc
ipsa proles ob assumptū contra parentum uoluntatem celibatum/
contra legem dei inobediens parentibus est iudicāda.
Luce.10 Preterea uita cōtemplatiua sicut melior est actiua saluatore teste/

stic ꝛ eligibilior Et hoc modo omnibus ad emulandū ꝓposita dicen te Paulo: Emulamini charismata meliora. Unde diuinitus ad cō templationem uocati non tenentur (seposito prefato casu) obtempe rare parētibus eos terrenis negotijs aut matrimonio implicare uo lentibus. Ad hoc accedit saluatoris sentētia uacantē mariā a frater ne charitatis obsequio excusantis quod tamē et temporis ꝛ loci ꝛ ꝑ sonarum persuadere uidebatur qualitas. 1 Cor. 12

Deniq3 saluatoris dictū: Qui uos audit me audit Et super cathe dram Moysi sederūt scribe ꝛ pharizei que dicunt uobis facite expo nitur ad ea que sunt legis diuine ut patres spirituales quos deus ui ce sui constituit in terris nō mādent filijs suis spiritualibus nisi se cundū conformitatē ad legē diuinā. Consequitur ꝛ hoc uerū de pa rentibus carnalibus ut uera filiorū ad parētes obediētia nō in car ne stet: sed in hijs que diuinā respiciūt legem Ad hoc enim deus co pulatis matrimonio ꝓlem donat ut eam diuino educent cultui. Vn in talibus inobedientes parētibus legis pena plectunt̄ dicente dño: Si genuerit homo filiū cōtumacem ꝛ ꝓteruū q̄ nō audierit p̄ris ac matris imperiū ꝛ cohercitus obedire cōtempserit apprehendēt eum et ducēt ad seniores ciuitatis illius ꝛ ad portam iudicij / dicentq3 ad eos. Filius noster iste ꝓteruus et cōtumax est / monita nostra audi re cōtemnit comessationibus uacat ꝛ luxurie atq3 conuiuijs / lapidi bus eum obruet populus ciuitatis ꝛ moriet̄ ut auferatis malum de medio uestri ꝛ uniuersus Israel audiens pertimescat. Ecce quibus ex causis diuina scriptura filiorum taxat inobedientiam. Luce. 10. Mat. 23 Deut. 21

Tormentum Quintum.

Aduersari rationi monasticen.

Pretermissis plurimis imperitis sermonibus / quibus inuolute sunt sentētie et eadē crebrius sub diuersis repetunt̄ modis ut uerbo rū tū multitudine tum inuectiuorū asperitate obruamur ꝛ loq̄citate euicisse autor uideatur. Compendiosius extrahenda sunt fundamē ta ne in immēsum opus excrescat et ut ab hoc emergamus sceno Tri bus tormentum hoc inniti uidetur fundamentis.

Primum fundamentum Impossibilitas cuius condicio in omni uoto est excepta.

Autor

Hec ad celibatū applicat̄ / si impossibile fuerit alicui se cōtinere uo to nō artabit̄ ut qui sepius tentarit ieiunijs / uigilijs / laboribus ꝛc. et tamē nullis studijs carnē premere potest cogitaturq3 inuitus ali quādo ꝛ uictus flāma libidinis experiri fluxus immūdos uel uigi

sans uel dormiens alioqui uite inculpate/ An hic dices ut aliqui so lent stolidi et animarum incurij dicere. Orandum esse deum pro gra tia qui nemini negat. Pulchre cur non etiam sancto Petro consulu isti/ut oraret deum/ne Herodes eũ uinciret/ scilicet iste est modus ludendi in rebus tam serijs. Quid si deus nolit orari aut si oretur/ quid si nolit exaudire ꝛc̃. idem probat exemplo. Nouisti peregrina ri ad sanctum Jacobum: sed intercipieris morbo captiuitate ꝛc̃. hic sine scrupulo uotum omittitur. Alia manuductio Ecce ego uoui to- tam Augustini regulam in qua ille precipit/ut quocunqꝫ iero secun- dus uel tertius eam hoc est/ne solus eam hoc uoui usqꝫ ad mortem seruare. Interim ego capior ꝛ solus esse cogor ubi queso manet me um uotum/probatur ergo omne uotum fieri condicionaliter et sem per exceptã intelligi impossibilitatem Clara ne ꝛ certa sunt hec satis Quod enim de uno uoto asseritur de omnibus asseri debet/ Et ce- tera in eundem tendentia sensum.

Replica-
tor.

¶ Ad huius euersionem ponamus ꝛ nos casum/hominem uidelicet fidem spem ꝛ charitatem habẽtem sicut ꝛ passim habere possunt celi bes ꝛ nõ celibes ut supra est ostensum. Habet ex cõsequenti ꝛ Chri stum inhabitatorem ꝛ spiritumsanctum. Quero abs te/ Poterit ne sibi occurrere tentatio aliqua tam ualida que ad uincendum sibi sit impossibilis cogeris iuxta tuam argumentationem respondere. uti- que/quia tentatio carnis uehemens in tantum ut cogetur aut scor- tari/aut matrimonium contrahere/contrahit matrimonium. Po- no casum nõ possibilem modo/uerum quoqꝫ in facto creberrimũ. Jn matrimonio constiuttus non minus grauiter tentabitᷣ de adul- terio siue quia habet uxorem summe exosam siue quia ardentissime adamabit aliam hocqꝫ modo. Jmpossibile quod ante matrimoni- um allegauit redibit resuscitatum Quid faciet? consilium expetet tu- um/tu quid consules/concedes ne ei adulterium quia dicit sibi im- possibile ab amata abstinere Nec ullo modo cum exosa coniuge con uenire posse. Oportebit te idem dare consiliũ/ quia eadem causa ui- delicet impossibilitas ꝛ eque intẽsa. Jtaqꝫ sicut prius ꝓ illo impossi bili euadendo cõcessisti celibi matrimoniũ sic modo concede scorta- tionem uel adulterium. Ubi eadem causa/ibi idem effectus. Quam falsa ꝛ fallax imaginatio contra omnes carnis illecebras matri- monium esse unicum ꝛ sufficiens remedium imo uerius tale remedi- um quo crebrius improba natura in ardentiorem illicitam excande

scit flammam quia nitimur in uetitum ut nonnunquam facilius sit
celibem bene agere quam matrimoniali bene uti licentia/tribulatio 1.Cor.7
nem tamen carnis ait apostolus habebunt huiusmodi Quid igitur Ephe.4.
ei consules si adulterium non concesseris persuadebis forte ut iuxta
Pauli preceptum/Uxorem amet & aliam ardētissime amatam odi-
at & refutet Multas quoque in hunc modum ex scripturis consar-
cinabis doctrinas: sed non minus ille respōdebit neutrum possum
nec meam amare nec alteram odire Ecce impossibile in matrimonio
quod fingis in celibe. Porro si ei Christiano animo ex euangelio do Mar.14
mino dicente: Uigilate & orate ne intretis in tentationem. Suaseris
ut deū p gratia imploret qua impetrata continere possit stolidus &
animarū prorsus (iuxta tuam sententiā) eris incurius Ad hoc tam
stolidum consiliū exempla adducis optime ad ppositum quadrātia
de Petro Paulo Martyribus & sancti Jacobi deuotario Cum cla-
rum sit illos mera extrinseca detentos fuisse impossibilitate uiolēta
in qua nullum est peccatum. hic secus. de interna tentatione/ scilicet
iste est & tuus ludēdi modus i reb9 tā serijs ut stolidū uoces/q secū- Luce.21
dum Christi & euangelij monet institutū/nonne saluator ait: Uigila
te omni tempore orantes. Paulus quoq3 nullibi non ad resistendū
tētationibus inducit. Sequeris. quid si deus nolit orari aut si oret
quid si nolit exaudire. q̄ Christiana interrogatio alius utiq3 erit de-
us iste tuus ab eo qui Euāgeliū tradidit. Nimirū nam ille semper Luce.18.
uult orari dicēs oportet semper orare & nunq̄ deficere. Dum opor
tet dicit necessitatem orandi indicit dum semper addit nullum tem
pus excludit: Sed deus tuus forte non uult orari/ paris impietatis
est secunda interrogatio. Quid si nolit exaudire ut impossibile illud
intrinsecum auferat donādo gratiam ut possibile fiat Ubi illud nol
le legisti in Euangelio. Non allegauit dominus Jhesus hoc nolle 2.Co.12
Paulo quando dominum ter rogauit/ut stimulus carnis sue aufer
retur ab eo. Noluit quidem auferri stimulum quia sibi non expedie 2.Thi.2.
bat. Uoluit tamen dare gratiam/ut sufferre posset et illud fictū im-
possibile euanesceret & cui tentato deuote oranti non eandem dabit
gratiam Js qui fidelis est & seipsum negare non potest An nō cer-
tissimā in Euāgelio de oratiōis exauditione habem9 pmissionē sic
doces ut nullus sit contra uicia certandi locus/ut & hoc aboleatur. Mat.18
Regnum celorum uim patitur & uiolenti rapiunt illud et ubi mane 1.Co.10
bit Pauli dictū: Fidelis deus est q nō patiet̄ uos tētari sup id quod

Mat. 17 potestis sed faciet etiã cũ tentatione ꝓuentũ ut possitis sustinere ꝛ il
1. Pet. 2. lud saluatoris: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis nihil erit uobis impossibile ꝛ illud Petri: Sobrij estote ꝛ uigilate quia aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret cui resistite fortes in fide. Et quanta in hunc sensum comportari testimonia uerba uera ꝛ fidelissima possent.

Sed forte indulgenda tibi hec stulticia erit quia philosophus factus diuinas res per lumen nature uidelicet rationem cõtra scripturas sanctas metiris aut fortassis dices per illud impossibile nõ absolutum intelligi impossibile: sed ualde arduum ꝛ difficile/ Si ita dixeris euiscerabis ꝛ tu uocabula ne genuinum suum prestent significatum/ nec tñ per hoc habebis intẽtũ. Nam uirtus circa arduum ꝛ difficile uersatur ꝑ quod ꝛ probat̃. Vide nihilominus quam nihil ꝛ ad hũc tua exempla quadrabũt intellectũ de Petro/ Paulo. S. Jacobi deuotario ꝛc. Et quo pacto ad tuũ quadrabũt ꝓpositũ qualitercũq; interpreteris. Impossibile ea q̃ ex regula tua de impossibilitate adducis q uiolẽtari potes ne cũ socio eas ne habitũ portes ꝛc. Quid peccabit exterior uiolentatio in patiente Nõ hic de pura exteriori disceptamus uiolentia. Vñ in nulla ꝑte regule interior excusabit impossibilitas si affuerit bona uoluntas. De uoluntatibus aũt et affectibus internis iudicat deus Cõcupiscat caro aduersus spũm et ardẽtissime stimulet/ ut et obsceni sequant̃ motus/ et inuitis quoq; sordes ꝓfluant. Respõdebit spũssanctus ꝑ sanctã famulam suã Luciã/ non inquinatur corpus nisi de cõsensu mentis. Passiones sunt quanq̃ uiciose non autem Christo incorporatis damnabiles/ quin uerius materia exercende uirtutis.

En primum fundamentum ruinosum.

Autor Secundum sumitur ex dispensationibus fundaturq; in diuina lege Vouete et reddite.

¶ Sequitur. Amplius quia ꝑtinaciter obijcit̃ illa uoluntas uoti q̃ perseueret sub impossibili externi operis deponamus et ipsam Concors est sententia quã et Bernhar. ꝓbat li. de precep et dispen. oẽs partes regularũ esse in manu maioris qui dispensare in hijs possit cũ subditis suis non modo si impossibile aut periculũ occurrat: sed etiã si congruũ et cõmodũ uideatur. Aliquando uero et mero arbitrio presidentis. In hijs dispẽsationibus certũ est et uoluntatẽ seruandi uoti poni et libertatẽ soluendi cõcedi/ si ista dispensatio est licita cõcludo hũc esse tenorẽ uoti Voueo hanc regulam seruare ad ar

bitriū presidentis/Alias omnes monastici sunt damnati / Si igit in aliis uotū est in manu presidētis quare nō et castitas/ ut subdito copiam faciat nubendi ꝛ libertatē saltem opis externi si omnino uoluntatem nollet impartiri. Cur solum castitatis uotū adamātinum est. Quid hic respondebunt monastici/aut nulla ps uotorū dispensari potest/aut omnis /quia nulla est ratio in una parte magis quā in ceteris. Apertus est sermo: uouete ꝛ reddite. Cum itaqꝫ uotum et institutum suum in hoc uerbum dei Vouete et reddite fundent Ego ꝓnuncio morem istū dispensandi esse impiū ꝛ perditionis et operationis errorē uel eo tandem cogam ut uota omnia ꝓhibita et libera esse euincam. Sicut enim tota regula comprehenditur sub uouete sic tota sub reddite. Hec uis totius argumentationis.

¶ Circa huius suffossionem cum dispēsatio funditus rimari nequeat nisi intelligatur obligatio. Resoluamus uotorum obligationem in primordialē oīum obligationū causam. uolūtatē scilicet diuinā supbādictā opeprециū erit aliqs ponēdo indagies ỽitatis indices. Replicator

Indago prima.

Nulla lex nulla conscientia ligat secundū ueritatem/ nisi uolūtas benedicta diuina uelit ut liget aut ligata sit tantumqꝫ liget aut ligata sit quantū illa uoluerit. Est em̄ prima et originalis omniū actuum humanorū iudicatrix/ ut tantū bonitatis opus habeat quantū illa appreciatur et non plus. Est et omniū legū regula ut hec leges iuste sint/que illi fuerint cōformes Est quoqꝫ omniū conscientiarum directrix et illuminatrix ut tantum a uero et bono aberret conscientia quantum a diuine uoluntatis discrepat decreto. Unde in quarumcunqꝫ legum et regularū interpretationibus nō est (quo ad obligationes) iudiciū in literā legis Nec in ꝑrimum legislatorē/nec in papam cōfirmatorē uel interpretē ꝓ cōscientie quietatione referendū: sed in uoluntatem diuinā bādictam ut ubi illa bona fide non ligare credit/ Nulla lex/nulla regula/ nulla conscientia ligare iudicetur.

Indago Secunda.

Uotum proprie dictum Est obligatio spōtanea de aliquo bono cum deliberatione deo facta. Dicit obligatio Simplex em̄ ꝓpositum boni sine intentione obligandi uotū non facit. Additur spontanea. Neque em̄ deo coacta grata sunt obsequia. De bono. subnectit Nā perfidia est fouere malū. Subiungitur. cū deliberatione. Nam que ꝑ surreptionē aguntur a deo non approbantur Voluntariū enim 2. Cor. 9.

et hilarem datorem diligit deus Adijcit deo facta q̄ clausula distinguitur a iuramento quod fit homini.

Indago Tertia.

Cū uotū sit obligatio spōtanea sumet interpretationē ex uolūtate uouētis si priuatū fuerit Aut ex cōmuni intellectu usu ⁊ practica totius congregationis sub illo uoto domino militantis Modo uita et conuersatio eorum a uota regula palam non aberret Deus nempe non plus exiget q̄ sibi est promissum in spontaneis donis Quin potius cum sit infinite misericordie prestabilis super malicia ⁊ fragilitate nostra minus exigere aut exacta et imperfecte p̄soluta cōdescē sua pietate acceptare dignabitur/cum pre omnibus hijs bonam acceptet uoluntatem quam ⁊ solus prestat ⁊ potissimum si id sibi prestitum fuerit propter quod omnia uota ⁊ cuncta monastica instituta uidelicet sincera dei ⁊ proximi charitas.

Jobel. 2.

Consectarium primum.

Igitur cum nullius uouentium regulam aliquā. Nec totius monastices intentio sit ad omnia in regula contenta equali se constringere uinculo/ Nullus monasticorū ad omnes regule partes equali erit obligatione astrictus. Quippe cū ⁊ scripture ⁊ rationi obsistat/ ut ad minutum quippiā tanto sit obligatus pondere obseruandum quanto ad magnum. Unde nec deus talem unq̄ exiget obligationē aut obligationis solutionem. Dissoluūtur per hoc omnes argumētationes de equalitate obligationis ex uerbo Vouete ⁊ reddite.

Consectarium secundum.

Igitur ubicunq3 in institutis monasticis communis usus et practica regule conuenienter quadrans/Ad quam omnes uouentes intentionem dirigunt/etiam si non cogitent uel uouendo non intelligant/in aliqua regule parte dispēsationem admittit/ Eandem et deus admittit. Dicitur autem. practica regule conuenienter quadrās Nam si communis uita patenter discrepet a regula / non intelligo qualis fieri possit interpretatio. Hoc tamē de principalioribus regule intelligo constitutionibus/ Additur etiam clausula ad quam omnes communem regulam uouētes suam dirigunt intentionem/ quia in communi modo uiuendi sicut communis est regula sic communiter ab omnibus debet seruari intelligi ⁊ interpretari. Vn̄ non admitteretur alicui monastico exceptio aliqua in uoto q̄ in illo uel

illo passu nō intenderit se obligare regule aut communi uite. Subnectitur/ Etiam si nō cogitent uouendo uel intelligant. Neq; enim aliter acceptat deus/ etiam si uouens intentionē artioris haberet obligationis Et hoc ob fraterne charitatis consonantiam.

Consectarium tertium.

Igitur quecunq; in monastica regula cōmuni uouentiū intellectu decernunt indispēsabilia/ hec apud deū exigunt ut talia exoluēda/ cuiusmodi apud oēs monasticos semper fuit est & erit celibatus. Unde quia nō aliter quā ut perpetuo indispensabilis uouetur. Ideo ut indispensabilis a deo acceptatur. Hec est fundamentalis ratio indispensabilitatis huius uoti. Consonat aūt celibatus perpetuitas fini monastices/ qui est contemplatio/ que liberum a mūdanis & temporalium sollicitudine expetit animum ut de Maria testatur saluator. Lucę. 10
Unde & actiue uite excusat molestia quantum fraterna patitur charitas/ hec non equalibus militant uiribus in alijs duobus que etiam principalia iudicantur utpote obedientia et paupertate. Unde et sudores ab autore in horum equatione impensi uel eliquati inutiles sunt & uirtute uacui.

Consectarium quartum.

Igitur circa paupertatis & obedientie uotum cum communis uouentium intentio aliter se habet ad ea q̄ ad uotum castitatis aliud expetitur iudicium aliaq; interpretatio Cum certū sit oportere omnem cōgregationem bene & ordinate institutam habere superiorem/ qui hoc ipso q̄ superior instituitur/ ab regulari externa obedientia que illius congregationis prelato est exhibenda absoluitur cum se inuicem compati nō possint. bene ergo ibi in uouendo subintelligitur intentio/ si non fuero ad presidentie suffectus administrationem.

Ceterum de hijs qui ad ecclesiasticas ex monasticis ascendunt dignitates Si diuina uocantur electione clarum erit q̄ deus qui eos ad alia uocat hoc ipso q̄ ad officium uocat monastico statui & uoto incompatibile absoluit eos a monasticis institutis prius uoto oblatis in hijs que uocationi secunde sunt incompatibilia. Porro si qui ex ambitione ad huiusmodi ascendunt prelaturas Aut ut monastici uoti labores & dolores (qui tamen a domino considerantur) effugiant Ipsi de se & pro sese iudici respondeāt Non est meum de hijs qui foris sunt iudicare suo domino stant aut cadunt. Psal. 9. Ro. 14.

Consectarium Quintum.

Igitur ꝛ si tota regula comprehenditur sub uerbo uouete totaqꝫ sub uerbo reddite Non uiolat tamen uotū sub supradicta dispari tate/ut in nonnullis suis partibus admittat̄ dispensatio in alijs ue ro non/ Nec in dispensabilibus impingunt mutuo illi duo aduer sarij lex ꝛ cōscientia/ Verū optime cōsentiunt dum sunt in uia/ ut et in exitu nullum sit periculum Et erunt apud deum omnia liquida si in monastico fuerit ꝛ intētio sincera ꝛ uoluntas bona Vñ ꝛ distin ctio de substātialibus ꝛ accidentalibus regule monastice que uentila ri solet nihil arguit nisi ad supradicte resolutionis uim referatur.

His bene masticatis / omne diuersarij fundamentū subrutū est Eneruatus quoqꝫ ultimus in monasticos impetꝰ que ex distinctio ne substantialiū ꝛ accidentaliū Et ex comparatione substantialium (quo ad dispensationem) inter se facit.

Ceterum ea que hic de tribus replicantur uotis cū in precedētibꝰ sufficienter sint cōuulsa repetere non placet/quia ad finem festino ut aliquando de illo sordido ꝛ malo olente eripiar ceno Tres tamen superesse uideo instantias depellendas. Prima de celibatu quē gar rit in manibus uouentis non esse ꝛ ob hoc uoueri nō posse Respō sio. uouens religionē/ Ex fraterne charitatis obligatione iudicatur ꝛ credit̄ habere fidē spem ꝛ charitatē. Ex insepabili quoqꝫ comitiua spiritū sanctū inhabitantē/ In quo omnia habet possidet et potestꝰ. Vñ sicut in principali dono bonā ꝑcipit dei erga se uoluntatē. Du bitare nō debet de eiusdem cōsummatione. Quia enim bonā dat in spirationem/hoc ipso dat ꝛ omnia ad illius executionem necessaria. Porro si de facto malus est / trahit̄ tamen ad cōuersionē diuina mi sericordia directe uel indirecte uti in Euangelio nōnulli cōpelluntur

Mat. 22 ad nuptias. eadē misericordia ducet̄ ꝛ ad cōsummationem. Ceterū eorū q̄ spiritu tenebrarū illudunt̄ ꝛ ducuntur ꝑiculosus est in mona sticen ingressus. Pro horū autem cognitione rectoribus inuigilan dum est. Et hec est secūda Instantia de anno ꝓbationis quē ad fal sum inflectit intellectum quasi ad hoc excogitatus ut nouicij omnes celibū et monasticorū eo anno experiri possint tentationes. Verum annus ille sup apostoli Joannis fundat̄ doctrina Nolite omni spi

1. Jo. 4. ritui credere: sed probate spūs si ex deo sint. Et illud Pauli. Omnia

1. Thes. 5. ꝓbate quod bonum est tenete. Sufficit enim in nouicio ꝓbare ani mum suū et uoluntatem si ex deo sit Quo experimenta iter cognito secure ad ꝓfessionem eū admittit prelatus uel congregatio/certo si

dens diuine misericordie ut q eũ uocauit ⁊ attraxit (iuxta illud) Nemo uenit ad me nisi pat meus traxerit eũ) potens est opus suũ ⁊ sibi ꝓpriũ perficere de quo scribitur Dei ꝑfecta sunt opa. Probatur aũt per opera ⁊ conuersationem. Hec enim una probatio est a saluatore tradita Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Joan. 6. Deut. 33 Math. 7

Tertia de ingrediẽtis etate est Quam si ex carnis stimulis metiri uolueris nec sexagesimũ constitues annũ/uixq3 decrepitã ad monachatum deputabis etatẽ/ si tamen ⁊ ipsa sine stimulis est. Securius ergo diuine dabit gratie q̃ in omni sexu omni etate suos ꝯgregat/allicit ⁊ attrahit filios. electos scilicet quãuis ad diuersos status scdm donorũ diuersitatem Alios nanq3 in pueritia ad celibatũ uocat ut Joannẽ baptistam/alios in adolescentia ut Joannẽ Euangelistam Alios in aliis etatibus Testat quoq3 dominus in Euangelio cõtra emulos infantiũ sibi placere laudes qui ⁊ paruulos ad se uocatos dulcissimo ⁊ humillimo cõplexus est affectu Impositisq3 manibus benedixit Indigne ferens de apostolis eos prohibentibus. Mat. 21 Mar. 10

Horret animus horrenda q̃ in monasticos traicit cõmemorare uicia/ut autoris impietati defuisse uideantur criminationum titulι. Nullum nanq3 preterit uiciũ quantũcunq3 enorme ⁊ horrendũ quo non eos cõspurcet ut ex opere autor qualis sit clarius agnoscat Suspicio adhuc mentem subit meã Aut sathanas tenebrarũ princeps librũ cõflauit Aut si homo autor est libri non contra homines sed contra demones hec maledicta cõgessit Si sathanas autor est libri cessat admiratio/ olim enim hominum genus summe sibi fuit exosum: sed tam efferа ⁊ crudeli manu in eos debacchari nõ sibi hucusq3 fuit relaxata potestas/ Nec autem ad hoc congrua est secundũ dei definitionem hora ⁊ potestas tenebrarũ/ Porro si hominem recognoscit autorem ⁊ cum cui adscribitur uidet aspirare ad matrimonium ut celibatum abiiciat sicut monachatum excussisse fertur contrahat ꝓ sua (quam liberrimam habet) cõscientia quia sibi forte impossibilis est continentia. Sinat tamen alios ⁊ suos secundum euãgelium proximos pacificam in Christo agere uitam. Sin aliter sciat non felices ex deo se habiturum successus nõ destruet deus quod ipse plantauit In hoc enim apparuit filius dei ut destruat ⁊ dissoluat opera diaboli Non ut opera spiritussancti labefactet. 1 Joh. 3.

¶ Hec de materia hac inpresentiarum sufficiant.

De cōstitutionibus ecclesiasticis et monasticis.

An humane dicantur ⁊ a scriptura diuina reprobētur.

Saxum aliud uoluitur grande Non sine grandi uirorum fortiū discrimine circa cuius situationem mira inter artifices exorta est cōtentio Quibusdam ad dextram uoluendum Alijs ad sinistram girandum Atq; alijs in medio sistendum cōtendentibus/ Saxū hoc ecclesiastice ⁊ monastice ac politice siue ciuiles aut imperiales sunt cōstitutiones que omnes usitato uocabulo constitutiones dicūtur humane Hij qui ad dexteram uoluendum putant asserunt eas ex iure diuino manere ⁊ ob hoc in conscientia ad peccatum ligare Qui ad sinistram girant Traditiones esse humanas affirmant a scripturis diuinis reprobatas Conscientiarum illaqueatiuas. diuine legis depressiuas/Euangelij ⁊ fidei exterminatiuas Et ob hoc merito eliminandas Porro qui tertiam iuuant partem ⁊ fouent Saxum hoc in medio optime consistere autumant. Summis expopto affectibus ad illam declinare partem quam eterna ⁊ superbenedicta dei iuuat ueritas. Vt autem illam agnoscamus cum omnes leges cuncteq; constitutiones circa actus uersentur humanos tanq̄ circa eorum obiectū proprium et materiam Et hic in re uersemur diuina duo occurrunt trutinanda Horum primum est de bonorum operum a diuina iustitia exactione Secundum de eorundem regulatione.

Quo ad primum.

Quanq̄ supra in alio conatu demonstratū sit opera bona esse necessaria Quia tamen forte nō ad omniū manus prefatus ocurrere potest conatus succincto sermone sententiā eiusdē decreui replicare.

Fundamentum.

Regenerato in Christo in opus bonum prodire potenti necessaria sunt opa bona ultra fidem tum ad presentis uite perfectionem tum ad eterne beatitudinis adeptionem. Non hic discepto de iusti-
Rom. 3. ficatione sciens iustificari hominem per fidem Et corde credi ad iu-
Rom. 10 sticiam ore autem fieri confessionem ad salutem.

Ad huius stabilimentum tredecim adduxi rationes.

Prima ex parte potentiarum anime sumitur / que non impedite in opera prodeant naturali conditione sicut a luce radij procedūt

nec unq̄ esse poterit ociosa/producit enim aut bona aut mala/ Te- Mat.12
ste saluatore: Aut facite arborem bonam ⁊ fructus eius bonos aut 1Cor.13
malam ⁊ fructus eius malos.

Secunda. Ex tribus que enumerat apostolus. Nunc autem inquit manent/fides/spes/charitas tria hec. Que per spiritum sanctū in corde seminata uirtualiter in se rationes seminales omniū bonorum continent operum. Unde fides in se habet opera sine quibus mortua est in semetipsa. Spes erigit ad ardua et appetenda et operanda. Charitas nunq̄ est ociosa. operatur magna si est/Si nō operatur charitas non est ignis siquidem diuinus est summe actiuus. Jacob.2

Tertia. Hec eadem ad intentionem largitoris relata inducūt ad opera Nam ad hoc ea donat deus ut in opera exeant ⁊ fructus uberes adferāt. Ignem(inquit saluator) ueni mittere in terram ⁊ quid uolo nisi ut accendatur. Luce.12

Quarta. ex omni electorum capite Christo benedicto sumitur qui in omnia ⁊ singula membra sua indesinenter sensum influit et motum. Sensum uere intelligentie ⁊ motum operationis meritorie.

Quinta. Ex spiritusancto qui est proprius mistici corporis spiritus qui operatorius est ⁊ ociosus esse potest minime indefesse singula Christi membra ad opera sibi competentia excitans et mouens/tamq̄ʒ potenti uirtute per ea suam explet uoluntatem /ut tanquam ipsius instrumenta(uoluntaria tamen)magis agantur q̄ agant.

Sexta. Ex lege sumitur diuina obligante. Que sanctissimum dei beneplacitum nobis insinuat. Unde fructus ex homine ueluti arbore quadā p deū plantata exquirit quos ⁊ gratia opitulāte ferre pōt.

Septima/ex status presentis/perfectione a uiatore adipisci possibili ad quam quiqʒ in Christo regeneratus aspirare tenetur. Hec non modo in dei cognitione que per fidem habetur consistit Uerū quoqʒ in fidentissima spe Ardentissima charitatis copula. Laudatione ⁊ gratiarumactione indefessa Ac omnium charismatum sursum actione uersatur que omnia actus exquirunt et opera.

Octaua. Ex actibus humanis qui sunt ultime perfectiones intrinsece ab ipso homine progredientes sicut fructus ultime perfectiones arboris sunt Ad quos beatus Paulus nullibi non inducit. Similiter et Sanctus Petrus dum ait: Subministrate in fide uestra uirtutem in uirtute/scientiam in scientia/temperantiam ⁊c̄. 1.Pet.1

Nona. Ex nature destitute reformatione que principaliter fit per gratiam Adminiculatiue autem per nostram cooperationē.

Math. 5 Decima. Ex proximi edificatione dicente saluatore: Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona Et eiusdem per opera misericordie spiritualia et temporalia subuentione.

Undecima. Ex cordis ad deū unione a quouis fideli summe desideranda etiam in uia Hec perfectissime fit per charitatis opus presupposito fidei opere tanq̄ directiuo.

Duodecima. Ex iudicio sumit extremo in quo de operibus fiet disceptatio Venite benedicti (iudex dicet) patris mei possidete paratū uobis regnum Qua de causa? Esuriui enim etc̄.

Tredecima. Ex finali elicitur beatitudine que et si absolute loquē do gratis dat sicut et preambula iustificatio et gratia Nihilominus benignissimus deus hanc gloriolam nobis uult cōmunicare ut omnia bona opera nostra laudē et remuneratiōē in eternitate reportent Opera enim illorum sequuntur illos. Apo. 14.

Ex quibus infertur Et si fides et baptismus sufficiunt ad iusticiam acquirendam Non tamen ad Christianam perfectionem et eternā beatitudinem adipiscendam sine operibus/habita operū facultate.

Quo ad secundum. Indago prima.

Opus humanum quia a libero arbitrio aberrante a uero et a bono auerso procedit/nisi ueram in obliquabilem regulam habeat dirigentem uirtutem per supnaturalem mouētem Nunq̄ non incedet per deuia et obliqua Requirit ergo regula inflexibiliter et ad uerum et ad bonū dirigens Hec est originaliter diuina uoluntas benedicta/sic ut uere et solum illud bonū sit quod illa appreciat remuneratione que dignum censet Quicquid autē illa reprobat. Malum sit necesse est/ Hoc sit bonum quo ad regulam quod secundū illius sit directionem Malum quod deuiat.

Indago Secunda.

Dirigit autem nos uolūtas diuina benedicta quadruplici modo uidelicet. preceptis consiliis/pmissis et inspiratiōibus De quibus etiam supra conatu ro. Precepta diuina in scriptura sacra explicata regule generales sunt/in uirtute sua omnia ad diuine uoluntatis impletionem necessaria complectentes/quo ad ea que eadem uoluntas benedicta ab homine expetit ex debito sibi famulatu exhibenda/ Quia a item generales regule sunt Multa in uirtute sua implicant et specialia et singularia decreta que nihilominus omnia sunt de lege diuina si ex eis inferantur necessaria sequela. Ex eadem radice uideli

cet quia generales sunt regule diuinam nobis insinuantes uoluntatem Et ad ultimum finem deum. nos dirigentes/habent secundum utranque ꝯsiderationē media plurima q̄bus et ad ꝑfectā diuine uolūtatis impletionem ꝑueniat Et ultimus finis cōpendiosi⁹ adipiscat.

Indago Tertia.

Hec media nō possunt humana peruestigari sapiētia que in hijs rebus diuinis ceca est in meridie palpās ceu in tenebris Uerum hoc magisterium spiritui sancto est reseruatū ut qui est αλφα ⁊ ω solum principiū omnis bone actionis sit ⁊ finis omnis cōsummationis Sicut ergo ipse primordialis est oīum legū institutor/sic est ⁊ oīum uiarū ⁊ modorū implendi magistralis doctor ⁊ inspirator.

Indago quarta.

Preter aūt ea que benedicta uoluntas ab homine expetit necessario exhibenda. Nonnulla sunt que ad illa plurimum expediunt sine quibus tamen uolūtas diuina potest impleri et finis ultimus adipisci/hec sub nomine consilij a saluatore sunt tradita.

Indago quinta.

Cum autem fidelis secundum totam uitam suam in omnibus et internis et externis actibus ⁊ motibus instrumentū esse debeat spiritussancti liberū. quemadmodū organū cum omnibus cannulis sub musici manu. Accommodare se debet homo huic magistro. spiritui sancto / ⁊ om̄ibus influxibus ⁊ instinctibus ei⁹ se exhibere obtemperantissimū Qui utique ducet eum ꝑ uias rectas ⁊ ostendet illi regnū dei etiā in presenti. quo modo libere regnet in corde Et hāc scientiam sanctorū dabit illi/certus autem sit omnia que sibi inspirabit esse de diuina uoluntate Siue scripta in euāgelio sint/siue nō. Tantum ꝓbare spūs id est inspirationes sit solicitus. Ex spiritusancto sint an nō/ Hanc ꝓbam saluator in Mattheo de cognoscēdis prophetis edocuit Nam si inspiratio ad dominū te adducit A uero ⁊ bono spiritu ꝓcedere quomodo dubitabis? Ad dn̄m aūt te ducit q̄ te ad fidē spem charitatē/mūdi conteptū tuijpsius despectū/humilitatem/patiētiam/cordis in deum eleuationē et similia inducit. Mat. 7.

Indago Sexta.

Itaque triplices inuenimus doctrinas Quedā eñi obligatorie indicuntur obseruande ut sunt diuinorum preceptorum documenta/ Quedā notant euitande quia in diuinis uoluminibus reprobātur

ut sunt doctrine hominum Quedam diuinitus reuelantur nec tamē obligatorie indicant ut sunt ꝯsilia euāgelica ꝛ inspirationes diuine de agēdis Prime sunt de iure diuino Secūde de iure diabolico Tertie de beneplacito diuino tanq̄ de meliori ad ꝓsequendum ꝓposite absq; generali ꝛ necessaria obligatiōe in quātū a diuio ꝓcedūt spū.

Indago Septima.

Prime doctrine in lege continentur diuina characteribus diuinis expressa sufficienter ꝛ complete secundū spiritum non autum secundum litere corticem intellectis Unde saluator: Uerba que ego
Joan. 6.
loquor spiritus ꝛ uita sunt Ob quod insulsa est questio ubi hoc ponitur in Euangelio Si de cortice litere habeatur disquisitio Ea em̄ que de agendis traduntur in scripturis sanctis tanq̄ de lege diuina Regule generales sunt (ut supra est notatum) ꝛ quedā prima principia/ ut sunt precepta decalogi per dominum declarata/ Et illud:
Math.7 Omnia quecūq; uultis ut faciāt uobis homīes ꝛ uos facite illis q̄ in uirtute sua plurimas ꝯplectunt cōclusiones in ipsa resoluendas.

Indago Octaua.

Secunde doctrine sunt que precedentes aut scripturā sacram oppugnant/ soluunt et eneruant Et non modo tales uerū quoq; oēs quibus compendiosior ad legis diuine pfectam obseruantiā uia siue precluditur siue oppugnatur quia spirituisancto resistunt. Tales sunt de quibus Esaias loquit et saluator adducit dicens: Hypocri
Esai.29. te bene prophetauit de uobis Esaias dicēs: Populus hic labijs me
Mat. 15 honorat: cor autem eorū longe est a me/ Sine causa autem colūt me docentes doctrinas ꝛ mandata hominum. Que autem sint ille doctrine ostendit dicēs. Quare uos transgredimini mandatum dei ꝓpter traditiones uestras Nam deus dixit: Honora patrem et matrem/ uos autem dicitis Quicunq; dixerit patri aut matri Munus quodcunq; est ex me proderit tibi Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam Et irritum fecistis mādatum dei propter traditionem uestram/ Mādata hominum in principio illius capituli notantur q̄ nec fidem nec charitatem respiciebant utpote q̄ non nisi lotis manibus māducarent panē/ quod quidē de se non fuit illicitum uel malum cū quandam ciuilem preseferat honestatem: Sed peruersa eorum opinio credendo uere per hec peccati contrahi immundiciam Quod ex hoc colligitur q̄ discipulos de peccato notare conati sunt Ipsum quoq; eorum magistrum in eis.

Tales sunt de quibus beatus Paulus ad Galatas loquitur per totam fere epistolam que contra libertatem pugnabant Euangelicam ut legalium seruitus tanq̃ necessaria ad salutem/ Contra quas Paulus disputat ostendens q̃ non ex operibus legis: sed per fidem homo iustificatur / spiritum accipit adoptionis ꝛ hereditas promittitur. Unde legem Mosaicam ad quam inducti erãt per falsos ꝓphetas tanq̃ necessario obseruandam uocat infirma elementa et iugum seruitutis. De quo ꝛ B. Petrus ait: Quid tentatis deum. Imponere iugum super ceruices discipulorum quod neq̧ nos neq̧ patres nostri portare potuimus. Ostẽdit aũt eos per Christũ ab hac seruitute liberatos Et iam nõ ancille: sed libere filios. Hec est libertas Christiana quã in hac predicat epistola Ex quibus infert. Paulum nihil ibi loqui de quibuscunq̧ constitutionibus uotis. ꝛ uotorum operibus ad bonum ordinatis Ex fide ꝛ charitate institutis factis ꝛ obseruatis Talia enim nec sunt contra scripturam / nec preter nec supra: sed sub uero spiritussancti intellectu modo in eis non ponatur iustificationis fiducia: sed tanq̃ accomoda malum impediẽtia ꝛ bonum promouentia assumantur. Act. 15.

Tales proinde sunt de quibus idem Paulus ad Coloss. scribens ait: Uidete ne quis uos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam ẜm traditionẽ hominũ ẜm elementa mundi ꝛ non scd̃m Christũ Et infra Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu / aut in parte diei festi / Aut neomenie / aut sabbatorum que sunt umbra futurorum Corpus autem Christi / nemo uos seducat data opera per humilitatem ꝛ superstitionem angelorum in hijs que nõ uidit frustra inflatus a mente carnis sue Et infra. Itaq̧ si mortui estis cum Christo ab elementis mundi quid quasi uiuentes in mundo decretis tenemini Ne tetigeritis / neq̧ gustaueritis / neq̧ contrectaueritis que sunt omnia in interitum ipso usu secũdum precepta ꝛ doctrinas hominum que sunt rationem quidem habẽtia sapientie in superstitione ꝛ humilitate ꝛ non ad parcendũ corpori nõ per honorem aliquem ad expletionem carnis. Coloss. 2

Huius passus fundamentũ ꝛ uerũ disquiram⁹ intellectũ Causa scribẽdi apostoli fuit q̃ Colossensibus uehemẽter imminebãt pseudoapostoli conãtes in dogma multo peruersissimũ inducere docentes Non ꝑ filium dei sed per angelos uiam patere ad patrem Neq̧ enim uenisse filium dei in hunc mundum neq̧ uenturum. cum in ueteri testamento ꝑ angelos administrata sint oĩa Deinde Iudaismũ

et philosophie superstitionem cū Christi doctrina miscebant obser
uantes quedam legis instituta Et superstitiose obseruantes solem/
lunam ac stellas ⁊ elementa huius mundi quibus docebant nos esse
obnoxios Nos igitur sue professionis commonefacit ostendens il
los quicq̄d hactenus assecuti sunt nō angelis debere: sed Christo an
gelorum conditori Diligenter monens ne pseudoapostolorum ma
gniloquentia confictisq̧ uisionibus angelorū sibi imponi patiant
et uel in iudaismū uel in philosophicam sup̄stitionem ꝓlaberentur.
Hec scribendi causa Ex qua infert totū illum passum nihil contra
bona instituta.uota aut uotorū facere oꝑa utpote in quo nec horū
unico meminit uerbo ad litere intellectū. Confutat aūt eas doctri-
nas que sunt contra Christum que ducunt in iudaismū quo ad ci-
borum ⁊ festorū discretionē que sunt umbra futurorū Que ꝓinde
astrologicas obseruant sup̄stitiones in actibus humanis ad salutē
ordinatis Et hoc sup̄stitiose Vn̄ ait.secūdum traditionē hominū
secundū elementa mūdi ⁊ non scd̄m Christū Quantūuis ipsi pre-
dicatores tales seexhibeant forinsecus religiosos dicentes se ab an-
gelis ea accepisse Nam sunt lupi rapaces in uestimētis ouium quia
predicant contra Christum. Ad hunc sensum subiungit Si mortui
estis cū Christo ab elementis mūdi.scd̄m predictū sensum intelligē
do elementa Quid quasi uiuentes in mundo decretis tenemini Si-
ue illa decreta ad iudaismū siue ad superstitionē astrologicā referā-
tur idem sensus manet. Vtroq̧ enim modo obseruare cibos in inte
ritum uergit ipso usu Eaq̧ precepta et doctrinetalia tradentes ho-
minū sunt nō dei Quod ⁊ modo uerū est de ceremoniis legis Mo-
saice ea necessaria decernēdo Concludit ergo talibus falsiloquis nō
credendū etiam si rationem pretendāt sapientie in uerbis/humilita
tem in gestu/corpis austeritatem in uictu quia nō ex hiis: sed ex fru
ctibus cognoscūtur. Tales deniq̧ sunt de quibus idem Paulus ad
Thit.1. Thithū ait Sunt multi etiam inobedientes uaniloqui ⁊ seductores
maxime qui de circuncisione sunt quos oportet redargui qui uniuer
sas domos subuertunt docentes que nō oportet turpis lucri gratia
Quam ob causam increpa illos dure ut sani sint in fide non inten-
dentes iudaicis fabulis ⁊ mandatis hominū auersantiū se a uerita-
te Omnia munda mundis coinquinatis aūt ⁊ infidelibus nihil est
mundum: sed inquinate sunt eorū mens ⁊ cōscientia Confitentur
se nosse deum factis autem negant cum sint abhominati ⁊ incredibi
les ⁊ ad omne opus bonū reprobi/ In quibus uerbis prenotat ex-

presse pseudopredicatores qui erant ex circūcisione qui et cretā suis implere conati sunt figmentis ꝛ mandatis hominum auersantiū se a ueritate Ex quo uerbo clarius liquet nihil eū de fidelibus deum timentibus. eius ueritatē inquirentibus ꝛ mandata eius implere conantibus loqui. ut sic corde uerbis ꝛ factis deum confiteantur. Ne de illis sint qui domino dicent in die iudicij Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus/ ꝛ in nomine tuo demonia eiecimus ꝛ in nomine tuo uirtutes multas fecimus/ ꝛ tunc confitebor illis quia nunquā noui uos Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē hij sunt quos hic taxat apostolus qui bis domine dicunt corde ꝛ ore Non tertio replicant quia factis negant Ecce qui factis negant quantūcunqꝫ corde credant ad iusticiam ꝛ ore confiteantur ad salutem foris manebunt Unde ibidem dominus dicit Nō omnis qui dicit mihi domine dn̄e intrabit in regnū celorū: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est / ipse intrabit in regnum celorum Ubi sunt qui fidem ꝛ baptismum iactant ad finalem sufficere beatitudinem Ubi sūnt qui monasticā inutilem dicunt institutionem que ad hoc est ordinata ut uolūtas eterni patris studiosius impleatur Ubi demiqꝫ sunt qui doctrinas in Euāgelio non contētas ad uoluntatem dei patris implendā plurimū ꝓmouentes. humanas ꝛ diabolicas dicunt traditiones De predictis pseudopredicatoribus dicit hic apostolus cū sint abominati etiā deo Et immorigeri ꝛ ad omne opus bonum reprobi Opus enim ultimus fructꝰ ex arbore humana est attestans arboris tum malitie tum bonitati. Unde ad eos qui in fide ꝛ timore domini deo placere querunt ꝛ eiꝰ studiosius adimplere uoluntatē nihil respuentes docrinarū ad hec ipsa eos promouentiū apostoli uerba referēda sunt minime Tales em̄ cum sint fide ꝛ charitate mūdi omnia que ad illa obseruanda ꝛ continuanda assumunt munda habebūt coinquinatis aūt mortali peccato ꝛ infidelibus a uera fide deficientibus nihil mūdum foris: sed inquinate sunt intus mens ꝛ conscientia.

Math. 7

Tales preterea sunt de quibus beatus Petrus ait: Fuerunt uero ꝛ pseudoꝓphete in populo sicut ꝛ in uobis erunt magistri mēdaces q̄ introducent sectas ꝑditiōis et eū qui emit eos deū negāt superducentes sibi celerē perditionē Et multi sequent̄ eorū luxurias per q̄s uia ueritatis blasphemabit̄ et in auaricia fictis uerbis de uobis negociabuntur Quibus iudiciū iam olim non cessat et perditio eorū non dormitat De pseudoꝓphetis in Iudeorū populo regū clarius

2. Pet. 2.

narrat historia qui idolorum cultores erant & ad idolatriam populum inducebant prophetabantq; mendacia non qualiacunq; sed quibus populus uel in perfidia detineretur uel ad eã persuaderetur Sic & in uobis erunt (ait Petrus) magistri mendaces qui introducent sectas perditionis Hoc ad deuotos dei cultores detorquere. impium & contra proximi charitatem Ad sanctos autem monasticos institutores blasphemum est. Cum clarum sit apostolum de hereticis loqui Non minus impium est & caritati ac ueritati aduersum monasticas institutiones nuncupare perditionis sectas q non sint secte/ Nec dici possint eo modo loquendi quo diuina scriptura hoc uerbo inuectiue utitur patet. quia nullam hereticam in se continent do-
Ephes.4. ctrinam nec ab ecclesiastica diuortiant unitate quam paulus describit dicens. Solliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis unum corpus & unus spiritus sicut uocati estis in una spe uocatiõis uestre Unus dominus/una fides/unũ baptisma/unus deus & pater omnium qui est super omnes & per omnia & in omnibus nobis Et ad
1.Thi.2. Thimoth. ait: Unus deus unus & mediator dei & hominum homo Christus Jhesus Hec est uera essentialis necessaria & sufficiens fidelium omniũ unitas cum qua stant diuersi modi uiuendi sub uno deo/uno mediatore/uno corpore Christi mistico/ quod per spiritũ sanctum connectitur. Una fide quia nullam continẽt heresim Una sacramentorum cõmunione quia non alijs quã reliqui fideles utũtur sacramentis/una spe uocationis quia ad unum tendunt finem. Unde ergo eas sectas perditionis calumniaris cum nec inter se nec ad reliquos fideles ullam habeant repugnãtiam Porro diuersitas titulorum uel nominationum nõ scindit unitatẽ capitis sicut apud
1.Cor.1 Corinthios fuit quos Paulus redarguit dicens: Hoc autem dico q unusquisq; uestrum dicit Ego quidem sum Pauli ego aũt Apollo/ego uero Cephe/ego aũt Christi/diuisus est Christus ex quo claret q unitatẽ scindebant baptismi Et sic diuersa faciebãt capita unũ ait/diuisus est Christus Et hoc contra essentialẽ militabat unitatẽ Ac p hoc in fundamentũ fidei peccabãt & errabãt. Nã fundamẽtũ
1.Cor.3 aliud nemo ponere põt preter id qđ positũ est qđ est Chrũs Jhũs.

Consectarium

Infertur ex his nullibi inueniri in scriptura sacra aliquam doctrinam ad conseruationem fidei spei & charitatis Operumq; ipsarum prosecutionẽ uel alterius uirtutis pmotionẽ datã & introductam quantumuis non in ipsa contentam ad literam per eandem scriptu

ram diuinā esse repbatā Unū saluator suiq3 apostoli eas doctrinas eaq3 mandata reprobant et confutant que cum ueritate pugnant catholica siue secundum seipsa siue ob falsum et superstitiosum intellectum, bonum enim autor omnis boni repudiare non potest.

De Tertio genere doctrinarum.

Indago prima.

Claret ex predictis prefata duo doctrinarū genera pugnare ex diametro utpote que opposita habēt principia deum uidelicet et diabolum Contrarios fines gloriā dei et eius blasphemiā beatitudinem et damnationem Contraria media gratiā dei et pctā/fidem et errorē Verū cum multe sint doctrine bone ad bonū tendentes/bonum promouentes/nullū errorem/nullū piculū in se cōtinentes/q̄ ex lege diuina nō sunt obligatorie Nec simpliciter ad salutē necessarie/q̄ diabolo adscribi ex nulla circūstātia nullo effectu pnt/ Cōsequēs erit illas esse medias Non quidem per utriusq3 extremi participationem Nam in nulla parte sui se tenēt uel declinat ad reprobatas cū sint bone: Sed quo ad hoc q̄ nec sunt a scriptura diuina precepte tanq̄ necessarie Nec prohibite tanq̄ erronee et periculose.

Indago Secunda.

Est itaq3 uia quedā non preceptor: sed inspirationū spūsancti et unctiōis eius quā ipsa inspirat Nec tū ad eā sequēdā obligat obtēperantē tū sua acceptatiōe gratificat et approbat p quā uiri scti diuinitus illuminati incesserunt et aliis eandē p regularū institutiōes monstrauerunt/hanc non necessariā esse oportet. ad christianismū referendo. quin omitti sine offensa mortalis possit criminis Accōmodam tamen et ad Christianismi finem assequendū expedientem. Alioqui nō inspirata a deo iudicaretur Qui dicit Ego deus docēs te utilia/ Hec compendij nomine intitulari potest non inconcinne quia breuior securior et tranquillior ad perfectam diuine uolūtatis impletionem Ad superne uocationis brauium/ad diuinorum charismatum prosecutionem et ad omnem status uie perfectionem capessendam (experientia multipharia teste) comprobatur. Esai. 48.

Indago Tertia.

Harum doctrinarum bonitas multipliciter probatur. Prima probatio sumit ex saluatoris nostri benedicti promisso discessurus enī a discipulis in ultima quam eis fecit collatione inter alia inquit Ad hec multa habeo que uobis dicam: sed nō potestis portare nūc. Prima probatio. Joh. 14. et 16.

Cum autem venerit ille qui est spiritus veritatis docet vos in omnē
veritatem Non enī loquetur a semetipso: sed quecūqꝫ audiet loquet̃
ꝛ que ventura sunt annūciabit vobis Ad hoc est dictū Joannis Nō
1 Joh. 2. necesse habetis ut quisqꝫ doceat vos: sed sicut ipsa unctio docet vos
de omnibus ꝛ verax est et non est mendacium.
Secūdo. Secunda. Ex spiritussancti officio Ad hoc enim missus est a patre
et filio ut ecclesiam consolet̃ ob quod pacletus dicitur/ hoc est cōso-
Rom. 3. lator/ vivificet que vivificatio fit ꝑ fidem in qua iustus vivit/ ꝑ quā
Math. 4 et iustificatur/ vegetet verbo dei quia non in solo pane vivit homo:
1 Thes. 5. sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei/ Roboret ꝑ spem. Unde
Paulus: Spem galee cōparat/ Moveat ad opus bonū per charita
Rom. 5. tem que diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiritū sanctum qui datus
1 Cor. 13 est nobis: per quā etiam operat̃ omnia in omnibus/ Regat deni-
qꝫ ꝛ dirigat ad omne malum vitandum/ et omne bonum per suas
inspirationes ꝛ suggestiones prosequendum.
Tertia Tertia. Ex principijs a quibus originant̃ doctrine Que sunt spiri-
tussanctus ꝛ spiritus malignus. Inter que nullum est medium teste
Luce. 11. salvatore: Qui non est mecum contra me est/ et qui nō colligit mecū
dispergit. Nulla ergo doctrina bona est a spiritu malo/ nec mala a
spiritu sancto Unde utrunqꝫ est blasphemia sive adscribere doctri-
nam malā spirituisancto/ sive bonam spiritui maligno Et quod de
doctrinis dicitur Idem de operibus intelligit̃ qa ad opa dirigunt.
Quarta. Ex immediata mali ꝛ boni oppositiōe in re divina Eodem
Math. 7 salvatore adstipulāte Omnis arbor bona fructus bonos facit/ ma
la autem arbor fructus malos facit. Nō potest arbor mala fructus
bonos facere Neqꝫ arbor bona fructus malos facere. Unde adver
Mat. 12 sarios suos qui opa sua beelzebub attribuebant cōvincit de blasphe
mia quibus ait Aut facite arborem bonam et fructum eius bonū.
Aut facite arborem malam et fructum eius malum.
Quinta. Ex remuneratione/ deus remuneravit legi obedientes que
non erat a deo cōstituta Patet de Rechabitis quibus Jonadab pa
Hie. 35. ter precepit ne biberent vinum ipsi et eorum successores usqꝫ in sem
piternum Nec edificarent domum nec sererent sementem. que erant
onerosa Ad que non tenebantur de lege divina Placuit autem deo
eorū obedientia Unde Hieremias ad eos ait: Hec dicit dominus
exercituum deus Israel. pro eo quod obedistis precepto Jonadab
patris vestri ꝛ custodistis omnia mandata eius et fecistis universa
que precepit vobis/ ꝓpterea hec dicit dominus exercituū de⁹ Israel.

Non deficiet uir de stirpe Jonadab filij Rechab stans in conspe-
ctu meo cunctis diebus Approbauit quoq3 deus ⁊ remunerauit bo
nam uoluntatem ad opus quod ipse non preceperat in Dauid quã
do cogitauit edificare domum domino Ad quem Nathan de man-
dato domini ait Annũcio tibi q edificaturus sit tibi dñs domũ ⁊c. 1 par. 17
Sexta. Ex apostolorum actis Qui in primo concilio Hierosolymi Actu. 15
tano ceperunt constitutiones facere que non erant ex lege diuina/ ut
q conuersi de gentilitate abstinerẽt a suffocatis ⁊ sanguine Si illa
abstinentia fuisset ex lege diuina obligaret in hodiernum usq3 diem
Has constitutiones Paulus manu tenebat ut dicit in aplicis acti-
bus Perambulabat autem Syriã ⁊ Ciciliã cõfirmãs ecclesias pre- Eo. c. 15.
cipiẽs custodire precepta aplorũ ⁊ seniorũ ut uulgata habet editio.
Septima. Ex sanctorũ patrũ constituentium/ a deo approbatione
Et hoc specialiter in monasticos institutoribus uerificatur qui san-
ctitate uite claruerunt miraculisq3 ⁊ in uita ⁊ post mortem talibus
⁊ tantis coruscauerũt qualia ⁊ quanta demonum nullus efficere po
test Que etsi proteruiens quia in diuinis non continent uolumini-
bus negare citra fidei iacturã possit/ deuotus tñ ⁊ humilis dei cul-
tor ea que a fide dignis conscripta sunt uiris de dei ⁊ suorũ sancto-
rum gloria sincera complectitur deuotione. Nimirũ cum ⁊ gentili-
um ⁊ ethnicorũ fidem demus historijs Dicis. ipsi sancti hoc ipso
errauerunt: sed fide ⁊ finali penitentia saluati sunt ut de sancto exem
plificatur Bernhardo Ad hoc adducit illud psalmiste: Mirabilis Psal. 67
Deus in sanctis suis/ Quia forte deus aliter aut sublimius in eis
mirabilem suam ostendere non potest misericordiã Nisi eos con-
tra fidem/ contra euangelium contra libertatẽ Christianam contra
omne bonum sinat usq3 ad nouissima eoꝝ tempora errare Porro
si hunc errorem uel in morte cognouerunt quomõ fraterna in eis
fuit charitas qui ꝓximos suos ⁊ secundum imitationem filios non
auisauerunt non reuocauerunt Et ne eos in errore sequerẽtur instã
tissime monuerunt Male hic audit pietas Christiana Verũ ea sola
a diuersarijs ex uitaspatrum ⁊ sanctorũ recitantur et credunt legen-
dis que ꝑ ipsis faciunt Si cõtra eos quippiã minus bene quadrãs
legitur demoniacũ est More eorũ qui in iudicio contendũt qui ad
uerse partis dicta quantum pro se faciunt approbant ⁊ acceptant/
Alijs etiam connexis constanter contradicunt.
Octaua. Ex saluatoris nostri promissione Qui ait: dico uobis q si Mat. 18
duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcunq3 pe-

tierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorũ Hoc in presentiarum specialiter ad concilia refero Et pono q concilium uniuersalem ecclesiam representans sit in spiritusancto legittime cõgregatum ad bonum ecclesie regimen. heresum extirpationem. fidei declarationem & morum reformationẽ. Nonne dominus Jhesus iuxta suum promissum in medio est eorum. Erit ergo presens ut uia in agendis dirigens ut ueritas in credendis illuminans ut uita ad ad optima adducens Aderit utiq; & certissime presens erit spiritussanctus/pro bono communi/pro plantanda & dilatanda fide/pro edificanda charitate constitutionem facient in scriptura sacra non contentam Ad legem tamen diuinam pure conseruandam Ad cultum diuinum debite & deuote persoluendũ ad sacramẽta fideli & deuota mente & administranda & suscipienda ad honestam & Christianam uitam ducendam Ad indomitam concupiscentiã mortificandam &c. bene quadrantem accomodam & expediẽtem. Tu dices esse traditionem humanam ab Euangelio & scriptura diuina reprobatam & per cõsequens diabolicã: Nonne in pmissa saluatoris blas-
Act. 15 phemare cõuinceris: Audi primi concilij Hierosolymitani decretum Uisum est spirituisancto ac nobis Ne quid amplius imponerem⁹ uobis oneris q̃ hec necessaria uidelicet ut abstineatis ab hijs que sunt immolata simulacris & sanguine & suffocato et scortatione A quibus si conseruaueritis uosipsos bene facietis Ualete En presentia & auctoritate spiritussancti abrogauerũt ceremonialia & iudicialia legis de quibus & alijs legis constitutionibus saluator ait.
Math. 5 Non ueni soluere legẽ sed adimplere. Jniunxerunt preterea tria obseruanda fidelibus que de se non erant illicita. Primũ ut abstineãt ab immolatis simulacris/ob infirmoꝝ scandalum uitandũ/ a sanguine & a suffocato ob familiare cũ Judeis conuersis contuberniũ. Non ergo leuis et paruipendenda cõciliorum auctoritas/nec eorũ floccipendende decreta nisi certitudinaliter constet ea contra deum. contra fidem/cõtra diuinam militare scripturam. Tunc enim erũt non concilia in nomine domini: sed conciliabula in nomine sathane congregata. Nona. ex scripture diuine generalitate quo ad doctrinam agendoꝝ specialiter Nam ut s. est dictum tradit generales
Tit. 2. regulas dirigẽtes ad deũ/ad patrẽ/ad seipsum ut pie & iuste & sobrie uiuamus in hoc seculo que cõplures implicãt & includũt particulares que nõ minus sunt de lege diuina. Uñ omnia decreta in diuinis

uoluminibus non cōtenta in diuina decreta sunt resoluēda / in qua resolutione clarescet quantū habeant de lege diuina quantū nō / eo modo quo arte soluunt mineralia ad probandū quantum de auro quantūue habeāt de metallis alijs. Aut forte horum nihil pura terra remanente. Decima. ex rudiū ꝛ imperfectorū directione ꝛ eruditione Qui sicut paruuli multis ujs ꝛ modis sunt imbuendi et ad Christum trahendi potissimum circa Ade ueteris mortificationem ut nouum qui secundū Christum formatus est hominem induant. Unde quecunqꝫ ad hoc eis proponuntur directiua utilia erūt. Paruulis enim in Christo lac dandū est / non solida esca modo scripture diuine nō sint aduersa. Undecima. ex uiciorum ꝛ transgressionū multiformitate plura uulnera / plura expetunt ne putrescant emplastra. Plurimum delectat libertas ab oneribus legum: sed quid ꝑniciosius carnalem ꝛ animalem hominem quasi onagrum a loro discipline et timoris dimittere ut in desiderio anime sue attrahat uētum amoris sui / suspiret fidelis aduerām spiritus libertatem ꝛ ab omniū legū oneribus in ea consistens / liber erit Nam ubi spiritus (non quicunqꝫ sed domini) ibi libertas. ubi caro ibi lex ceruicē eius premens. tantum ergo esse debet legis quantum est carnis quantū ueteris hominis / ne uacce lasciuiētes insolescāt. Dicit / primitiua ecclesia ab his constitutionū oneribus fuit libera reformemus ecclesiam instar primitiue / placet optime / uerū a spiritu incipere stude / ne prepostere libertatem arripias carnis ante spiritum uere libertatis petur modo illa spiritus sancti plenitudo in qua primitiua floruit ecclesia et omnes cōstitutiones humanas decernemus abolendas / felix profecto tunc erat ecclesia non quia a cōstitutionibus libera: sed ob uirentem fidem / florentem spem / ardentem charitatem / incōcussam ad mortem usqꝫ constantiam perfectum mundi ꝛ temporaliū contemptum. crucis amorosum complexum. Indefessum ad patriā suspiriū Ecce terrestris paradisus omniū florum amenitate conspicuus dulcissimis uirtutum ꝛ charismatū odoribus respersus. Omnium bonorū fructuū ubertate refertus Compara ad hūc uallem nostrā miseram in qua multi sunt putei bituminis quo infecti nullibi non agglutinati heremus. Delectat autem ex primordiali ecclesia ea sola carpere que nostro quadrant affectui quantumuis corrupto uicijs. Quid confert primordiales reuocare ceremonias. sacramētorū ritus ꝛ pleraqꝫ id genus alia si priora defuerint charismatum dona. Ceterū de nouissimis tēporibus legimus in aplo ꝙ erūt

Marginal references: Coloss. 3 · 1. Cor. 3 · Heb. 5. · Hier. 2. · 2. Cor. 3 · Osee. 4. · Gen. 14. · 2. Thi. 3.

hoies seipsos amātes/cupidi/elati/supbi/blasphemi/ pentib⁹ nō obedientes/ingrati/scelesti/sine affectione/sine pace/criminatores
Mat. 24 incōtinentes/immites/sine benignitate/ pditores/ pterui/tumidi/ uoluptatū amatores magis q̄ dei/habentes speciem quidē pietatis uirtutem autem eius abnegantes Et saluator: Quia abundabit iniquitas/ refrigescet charitas multorū Vides legum necessitatē: Sed dicis. legum magnitudo nō est magne iustitie signū. Assentior. Uerius multiplicium transgressionū est indicio Nam leges quātumuis bone nō bonū faciunt: sed amor iustitie/nihilominus puniēda ꝛ restringenda sunt legibus mala ne bonū cōmune destituat Ne in
Deut. 13 solentie crescāt impunitate ꝯcessa Ne ꝓximi scādalizētur ne timor saltē pene ī exiliū relegetᷓ / auferes (inqt deus) malū de medio uri/ ꝑfecto leges nō sunt odio bonis: sed malis nā crinosus odit pectinē.
Obijcis iterū. Grauant inuoluūt ꝛ illaqueant conscientiā. Responsio. Non onerant si discrete doceantᷓ si dilucida inter legem diuinam ꝛ constitutiones ecclesiasticas uel monasticas in ratiōe obligandi fiat distinctio Que alium expeteret tractatum De hac tamen materia nonnulla in alio dicta sunt opello de libertate Christiana.
Duodecima. Ex fine ꝛ fructibus hanc saluator nobis tradidit q̄ bonos spiritus/bonas arbores/bonos fructus/bona opera/bona instituta a malis discernamus Que enim ad bonū cooperātur finē per se non mala Quomodo malitie aut errori adiudicabimus Co-
Rom. 8. operantur inquam non ex accidenti eo modo qui diligentibus deū omnia cooperantur in bonum Uerum ex instituentis intētione Ex ipso per se instituto Ex communi obseruantium usu.

Consectarium primum.

Igitur doctrina mala non erit que in se nullum contra scripturā diuinam errorem continet Nullum malū docet opus/ nullum malum adducit finem Quin bonum habet principium Ad bonum ordinatur Et in se moralem pre se fert bonitatē Quomodo talis a spiritu sancto manare negabitur: Nonne insignis blasphemia ea que ex oībus causis bona sunt beelzebub adscribere: Preterea quomō talis inter traditiones hūanas a scriptura diuina reꝓbatas cōputabitᷓ Nū spūsctūs sibiipsi est ꝯtrari⁹ aut sua nō recognoscit opa.

Consectarium secundum.

Igitur doctrine per spiritumsanctū uiris heroicis inspirate quātumuis in scriptura diuina ad literam non contente Ad doctrinā tamen sacram ordinate /aut ab ea profluentes Et ad ultimū finem

assequendum accomode et expedientes Non sunt ad dextram diuine scripture uel sinistrā/nec supra eam nec secus nec aliud nec preter sed sub ea ceu ea que sunt ad finem sub illo fine sunt Per hoc claret ad omnes auctoritates contrarium sonantes resolutio ut in Deuterono. Non declinabis ad dexteram uel sinistram in mandatis dei. Et in eo lib. Non facietis ibi singuli quod sibi rectū uidetur Nam talia non uidentur hominibus recta/nisi quia spirituisancto utilia uidentur Vñ nec electicia pure humana sunt Et in puerbijs Ne addas quicq̄ uerbis illius ꝛ arguaris inueniarisq̧ mendax Et iterum in Deut Non addetis ad uerbum quod locutus sum uobis Et eo. Quod precipio tibi hoc tantum facias domino Nec addas nec minuas/hoc scripture non addit quod in eius spiritu ꝛ uirtute cōtinet Paulus quoq̧ ad Galat. Sed licet nos aut angelus de celo Euangelizet uobis preterq̄ quod euangelizauimus uobis anathema sit/ Patet inquā ad oēs has ꝛ similes respōsio/quia de impertinētibus loquunt Nō de hijs q̄ uel ex ea manāt aut ad eā tanq̄ ad finē ordinant Nā ubi unū ꝓpter aliud/ibi utrobiq̧ unū Vnde tales doctrine in scripturis de traditiōibus hoīm reꝓbatiue loq̄ntib⁹ nō ꝯp̄hēdunt. Deut. 28. Deut. 12 Pro. 30. Deute. 4. cap. 12.

Consectarium tertium.

Igitur doctrine prefate per spiritū sanctum dicto modo inspirate cū (ut dictum est) non sunt doctrine hominū que uerbis ꝛ operibus sunt mēdaces et fallaces Nam omnis homo mendax Erunt ergo doctrine deorū nec absonus a scriptura diuina hic titulus cum saluator dictū ꝓphete: Ego dixi dij estis interpretādo testetur eos dici deos ad quos sermo dei factus est ut diuino spiritu loquentes nō essent hoīes fallaces: Sed filij dei ꝛ p ꝯsequēs dij ueraces Idēntiq̧ intelligens iudiciū habendū de omnibus que spiritussanctus opat in nobis siue cognitiuam uim fide illuminando Siue affectiuā charitate inflammando/siue executiuam spe ꝛ uirtute roborando Tales dij esse debēt omnes ueri ꝛ pfecti Christiani Vt autem lucidius opposita iuxta se posita cōspicias Diffiniamus hominē/primo hominem bestiam factū/Dein hominē in deum translatum scd̄m scripturam diuinam Et dicamus/Homo lapsus omni gratia destitutus ꝛ sue corrupte nature relictus Est animal in ratione ꝛ intelligētia excecatum in affectu ꝛ uoluntate deprauatū ꝛ peruersum/In carne ad omnia uicia pronissimum. In deum impiū ꝛ blasphemum/ In p̄ximum iniquū et dolosum/ad omne opus bonum reprobum. Deum ꝛ omnia diuina fastidiēs/In caducis ꝛ transitorijs totis he- Psal. 115 Psal. 81 Joan. 10

rens uiribus/spiritualia et eterna paruipendens et ex se nunquam ad ueram consurgens uirtutem. Si peruersa queque et pessima adieceris. operosius diffinitionem consummabis/ Econtra uero et perfectus Christianus est homo deiformis supernis irradiatus fulgoribus/ flagrantissima in deū ardēs charitate/ ueteri Ade mortuus et cum Christo sepultus Ad omne bonū promptus. Infatigabili oratione in deum suspensus. In proximū charitatis et pietatis superfluens uisceribus. Iusti et equi tenax/ spiritussancti organū ad omnē dulcissonam diuinarum laudū melodiam obtemperātissimū bene quadrata consonantia in omnibus uiribus preditū Omnia fastidiens prospectui patentia Et ad supernā patriam indefesso suspirans desiderio. Nōne sicut priores/ demones in humanis corporibus sunt. Sic hij posteriores angeli electi et terrestres dij. Inter hec duo extrema imperfectus horret Christianus modo in illam modo in aliam declinans partem. O quātos labores et dolores spūssanctus expetit ab homine ut ex hominibus deos faciat. Ad quod et facilius et felicius efficiendum cōplura uiris sanctis inspirauit media accomoda et promonentia miro suo magisterio/ En monastices et principiū et finis Cui nō placet specialia hec amplecti media liber esto. Non ea reprobet nec compendium hoc/ Et hanc uocationis gratiam alijs nō inuideat. Quod autem de monastices institutis dicitur/ hoc generaliter quo ad omnes de ecclesiasticis constitutionibus intelligatur.

Consectarium quartum.

Igitur. Quicquid ecclesia mater nostra spiritusancto suggerente quo predita est et quo regitur fidelibus et dilectis filijs et filiabus ad eorum in fide et charitate uel quacunque uirtute profectum statuit decernit et ordinat quod a scriptura non discrepat diuina est ab ipsis deuote et reuerenter suscipiendum Nec ullo pacto ceu fatuū et inane temere contemnendum aut repudiandum hoc namque in irreuerentiam cederet matris sue tanquam fatue utpote que futilia et stulta decerneret. Nā in huiusce institutis matrē se nō lupā exhibet/ nō filiorum quærens perditionē aut laqueos inijciēs: sed comodū et profectū Ob quod ex motiuo aliquo rōnabili contrauenies nō precipiti sententia mortali addicēdus ē crimini si nō sint de lege diuina modo nō sit temerarius contēptor.

Consectarium Quintum.

Igitur monastica instituta uiris sanctis diuino spiritu suggesta inter traditiones humanas a scriptura reprobatas annumeranda

sunt minime. Ex eadem radice uotorum institutum non est seruilis hominum doctrina. Cū enim de uotis constitutio habeatur diuina nullibi in noua lege retractata/ Sequit̄ uotū de bono et ad salutē pꝛ ficuo ac expediente non fundari in doctrina humana sed diuina.

Consectarium Sextum.

Igitur assertio non refutanda ꝙ scriptura diuina sit regula (secundum quam omnia sunt dijudicanda bona uel mala) tanꝗ̄ lucerna lucens in caliginoso loco et lucerna pedibus fidelium Intelligit̄ non ad literam solam habendo respectum Verius ad spiritum uirtutem et uitam / unde quicquid ab ea nō discrepat in spiritu et uirtute eius comprehenditur iuxta prefatam domini sententiam Qui nō est mecum contra me est Et econtra: Qui non est contra me: mecum est cū ex diuino decreto per diametrum pugnent/ Sicuti et discipulis ait : Qui non est contra uos pro uobis est. 2. Pet. 1 Psal 118 Luce. 11

Consectarium Septimum.

Luce. 9.

Igitur. Ieiuniū aut a nonnullis escis abstinentia certis temporibus aut diebus ob dei et sanctorum reuerētiam. Corporis macerationem/ diuine gratie implorationē Spiritus pertinacis(qui nō potest exire nisi oratione et ieiunio) expulsionem. Christi ieiunantis imitationem aut alia quecunqꝫ pia et rationabili causa a matre ecclesia indicta Non sunt a fidelibus contemnenda. Quin ꝓ matris reuerentia deuoto cōplectenda affectu. Et quibus ieiuniū aut abstinētia non conueniunt nō contemnant/ nō irrideant/ nō improperent/ quasi Christiane preiudicent libertati Cū reuera uerā Christianā libertatem que non in carne: sed in spiritu cōsistit respiciāt minime. Modo conscientia circa obligationem discrete modere. Cōtra hoc ualide saluatoris obijcit̄ dictū: Nō qđ intrat in os coinquinat hominē/ de q̄ circa ieiuniū et abstinentiā cōtra eccl'iasticā et monasticā cōstitutiones magnū celebrat̄ festū Ex hoc em̄ infert̄ Primo ꝙ oēs constitutiones oēs doctrine ⁊ usus in ciborum differentia hoc uerbo ꝯterunt̄ et libertas ꝯcedit̄ edēdi carnes et lacticinia om̄i tp̄e/ omni die. Infert̄ Secūdo a posteriori. ꝙ cū Petrus et ecclesia nihil doceant contra Christū/ et si docerent non essent audiendi. Ieiunium non sit a Petro uel ecclesia institutum. Infert̄ Tertio. Ieiunium debet esse liberū et uoluntariū quo ad dies et escas imppetuū. Infert̄ Quarto. Ordines S. Benedicti/ Bernhar. Carthus. abstinētes a carnibus et similibus ac si sit talia edere peccatum contra Christum quia dicunt saltem facto/ quod intrat per os coinquinat ⁊c. faciunt Mat. 15 Oppositio diuersantium.

Christum mendacem Sic uides q̃ hoc saluatoris dictum potenter damnat omnes ordines Nam si non inquinat quod per os ingreditur/multo minus inquinat quod forinsecus corpori apponitur ut uestium differentie. Loca monasteria/si dicas/sancti sic instituerunt ⁊ sic seruauerunt Respondet Oportet nõ sanctos sed Christũ audire/de quo pater ait: Hic est filius meus dilectus ipsum audite.
Mat. 17 Omnia predicta ex hoc uerbo cõcluduntur Non quod intrat in os coinqnat hominem: sed quod egredit̃ inquinat. Quis aũt unq̃ uidit ex ore egredi habitus/cilicia cellas Ideo uita ⁊ institutio monastica non solum est blasphemia et mendacium ⁊ deceptio: sed ⁊ ipsa et eius opera fatua sunt Et generaliter omnium monachorũ ⁊ hominum leges de cibis uestibus locis ⁊ omnibus exterioribus simearum ludi sunt Unde seipsos decipiunt facientes meritum ubi meritum non est/et timent peccatum ubi nullum est.

Pro Responsione.

Rogemus dominum nostrũ Jesum Christũ ut nobis uerbi sancti sui uerũ referet intellectum Et dicamus. Domine Jhesu Christe ob tui nominis ⁊ honorem ⁊ amorẽ sincera fide. tuo suggerente spiritu monasticam suscepimus uitam Et a populari declinãdo tumultu nosipsos in carceres inclusimus uoluntarios et ne caro nostra
Galat. 5. aduersus spiritum cõcupiscat et preualeat. Sicq̃ peccatum in mor-
Roma. 6 tali nostro corpore regnet Eandem ieiunijs abstinentijs uigilijs disciplinis alijsq̃ maceramus asperitatibus ut liberior sit (carne depressa) spiritus ad assiduas orationes. Mentales sursum actiones tuos suscipiẽdos influxus. Internos gust⁹/trãqlloq̃ corde (silẽtio
Psal. 144 in spiritu facto) dulcissimam tuã internam audire parati simus allocutionem utq̃ iuxta ꝓphetam gloriam regni tui dicamus ⁊ potentiam tuã ac magnalia narremus die noctuq̃ psalmis ⁊ hymnis immoramur cantandis de canticis syon excerptis Et ut in hijs omnibus ⁊ similibus amplius firmaremur/fortius fixi staremus Et minus ad malum nutaremus uoto nos tibi astrinximus sine tua uolũtate sancta nunq̃ laxando intentione firma ꝓmissam tibi seruaturi fidem. Scientes nihilominus certo te non durũ spontaneorum uotorũ exactorem qui totus benignus ⁊ suauis es. Si qñ aũt quippiam contra eam cõmittimus/cõscientiã quidẽ formamus. Non talem aũt aut tantam/qualem quantãue ꝑ tue legis diuine a te omnibus imposite trãsgressione formari iustum est/nosipsos nihilominus publice et secrete accusamus. de minoribus soliciti ut facilius et

cautius maiora uitemus Cuncta tue adscribentes gratie et immense misericordie tue fidentes Nunc nouus surrexit ꝓpheta cõstanter se a te missum contestans Non dũtñ sequentia (scđm tuũ ꝓmissum) Mar. 16
uidimus signa sermonem eius confirmãtia soli tue potentie ꝓpria Nisi forte tue missionis signa sint. Temere omnia diiudicare cũcta in pessimã interpretari partẽ Calũnias in innocentes struere blasphemias cũctaqꝫ enormissima uicia ꝓximis imponere. Pro fide in fraterne charitatis extinctionẽ libere agere. Pretextu Euangelice libertatis omnia licita liberaqꝫ facere / seditiones excitare Si inquam hec ⁊ his similia sunt tue missionis signa (quod absit) satis copioso euum nostrum ꝓphetarũ scatet numero, Hic omnia instituta ꝑ tuos familiares amicos nobis tradita ⁊ a nobis sincero affectu in obsequium tuũ suscepta cassat / annullat / damnat. Nec hoc sat sibi est. Insuper ⁊ nos capitales tuos cẽset inimicos peruersos / blasphemos / ⁊ grauissimis quibusqꝫ cõmaculat uiciis. Sed ⁊ (quod omnium est grauissimũ) unã de omnibus nobis finalem tulit sententiam e terra / igne ⁊ sulphure perdendos ⁊ in abissum demergẽdos. En edictum in susis pendet. Celeresqꝫ feredarii cum libris ⁊ literis ecclesiasticũ peruagantur orbem. Deniqꝫ nullam non sanctam contra nos interpretatur scripturam quasi ex intentione tua ⁊ spiritus tui sancti ad literam de nobis reuelatam ⁊ exaratam.

Immensam igitur domine Ihesu amantissime tuam exoramus Apo. 22.
clementiam ut nobis tuum aperias thesaurum fontem aque uiue de Dan. 7.
throno tuo manantem fluuiũ igneũ ⁊ rapidũ scripturam tuã uidelicet sanctam / cuius tu solus claues habes eterna sapiẽtia dei patris Et uerum intellectum eius nos edoce ut tu eterna ueritas ubique et semper contra omnes triumphes errores.

Oratione premissa christiano more discutiamus uerbum de uerbo eterno emanatum. Non quod intrat per os coinquinat hominem. Quia aũt circunstantie scripturarum illuminare solent ⁊ sentẽtias ⁊ intelligentias. Ipsas circũstantias ⁊ dicendi causas inquiramus / ne sentẽtiã precipitem⁹ Dicẽdi causam Matheus describit dicens: Accesserũt ad Ihesum ab Hierosolymis scribe ⁊ pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones seniorũ Nõ enim lauant manus suas cum panem manducãt. En in causa quadruplex conspicimus uiciũ. Primũ. Temerariũ Christi ⁊ discipulorum contra fraternã charitatem iudicium. Nam discipulos de nõ leui iudicabãt trãsgressione Et magistrũ de indebita dissimulatiõe.

Secundū. Illa traditio de qua agebat̄ cōtrouersia erat pure hūa
na. Nec de se bona bonitate spūs/nec ad bonū spiritus quicq̄ ope-
rans aut ꝓmouens. Tertiū supstitiosa eius obseruantia. Crede-
bant enī cibos nō lotis manibus tactos fieri immūdos Et cibi tali
tactu immūdi facti ab homīe comesti ipsum comedētē facere immū
Marci 7. dum quod ex multis euangeliorū locis claret. Vn̄ dicit̄ in Marco.
pharisei enī ⁊ oēs Iudei nisi crebro lauerint manus nō manducant.
tenentes traditionē seniorū a foro uenientes nisi loti fuerint non co
medunt. Et alia multa sunt q̄ susceperunt seruanda. Nempe lotiones
poculorū ⁊ urceorū ⁊ eramentorum ⁊ lectorū Et alibi improperat
eis dicēs: Ve uobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̄ mūdatis quod de-
foris est calicis ⁊ parapsidis/intus aūt pleni estis rapina ⁊ immun
Mat.23 dicia. Pharisee cece mūda prius quod intus est calicis ⁊ parapsidis
ut fiat ⁊ id quod deforis est mundū. Quartū. q̄ hec tam rigide
imo rigidius seruabant q̄ legē diuinā. Vn̄ saluator ut clauū clauo
retūderet ait eis. Quare ⁊ uos trāsgredimini legē dei ꝓpter traditio
nes uestras. Ecce nō modo rigidius q̄ legē dei obseruabant uerum
quoq; ob earū obseruantiā mādata dei soluebant. Ad hos suos er
rores/ presumptiones ⁊ supstitiones cōfutandas saluator prefatū
protulit uerbū. Vide nūc quō ad ꝓpositā quadret causam. Tracta-
tum est de ieiunio ⁊ quarundā abstinentia escarū p ecclesiā ⁊ mona
sticen institutis ex piis ⁊ rationabilibus causis supra signatis ac si-
milibus In quorū tum institutione tū obseruātia nullū prefatorū
quatuor uiciorū cōcurrit. Nam primi non obseruantes nō temere
iudicant̄ iuxta apl'i sententiā. Qui nō manducat manducantē nō iu
Ro.14 dicet. Nec est traditio pure humana q̄ a scriptura sit reprobata ueri
us p Ioannē baptistā ⁊ saluatorē exemplata/ ⁊ per ipsum saluato-
Math.9 rem benedictū denunciata predicentē: Veniet tempus qn̄ auferetur
a discipulis meis sponsus tūc ieiunabūt. In primitiua quoq; eccle-
Act.13. sia ieiunauerūt ut habet̄ in actis apl'icis: Ministrātibus illis domi
no ⁊ ieiunantibus dixit illis spūsctūs: Segregate mihi Saulum et
Actu.14 Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. Et eo. lib. dicit̄. Cū Pau
lus ⁊ Barnabas constituissent p singulas eccl'ias presbiteros ⁊ o-
Math.6 rassent cū ieiunationibus cōmendauerunt eos domino. Saluator
quoq; cū formā tribuit ieiunandi presupponit suo tpe ieiunandū
Insup ⁊ ieiuniū ꝓmittit a patre celesti remunerandū dū ait. Tu aūt
cū ieiunas unge caput tuū ⁊ faciē tuā laua ne uidearis hominibus
ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito ⁊ pater tuus qui uidet in

abscōso reddet tibi scilicet mercedē. Nec ulla in ieiunio ecclesiastico uel monastico est supstitio quia nulla opinio ꝙ cibus quispiā per se inquinet hominē aut ꝑ se iudaico more sit illicitus. Tota ibi causa abstinentie ex spiritu manat ⁊ ad spiritū ordinatur. Nec ibi cauteriata est conscientia/cauterio diabolico signata. Non eñ indicit ut de lege diuina ꝓprie dicta obligās: sed tanꝙ bona salutaris ad spiritum expediēs Malū restringēs ⁊ utriusqꝫ hominis salutem ⁊ comodum ꝓmouens ordinatꝰ Ex quibus omnibus concluditꝰ ꝙ spiritussancti inspiratione matri ecclesie quo ad generalia Et monasticorum patronis quo ad specialia ieiunia ⁊ abstinentias facta hec ieiunia ⁊ abstinentie hee sunt institute. Unde abstinentie ille non superstitiose ⁊ uane sunt: sed deuote ⁊ religiose a deo remunerāde. Claret ex his quā imptinētissime ⁊ a sensu saluatoris extrarie. Hec auctoritas ꝯtra ecclesiasticū ⁊ monasticū adducit ieiuniū ⁊ abstinentiam/ sicut ⁊ generaliter omnes auctoritates diuine scripture cōtra bonas ⁊ sanctas ecclesie consuetudines ⁊ constitutiones monasticaqꝫ instituta ꝓficua salutaria ⁊ ad omne bonū ꝓmotiua adducte ⁊ allegate in nouis opellis sunt adulterate contra domini Jhesu Christi ueritatem ⁊ spiritussancti intentionem. Uñ omnia ex illa falsa huius dicti saluatoris intelligentia illata/ clara luce sunt impertinētia/ ut ꝙ si Petrus uel ecclesia instituissent hoc ieiuniū uidelicet ⁊ abstinentiā a carnibus/ouis ⁊c̃. essent contra Christū/facerent eū mendacem ꝙ hoc uerbo libertas conceditur omni tempore quecunqꝫ comedendi ꝙ sancti monastices institutores errauerunt ⁊ contrarij sunt Christo/ ꝙ hoc uerbo omnes ordines damnantꝰ Et breuiter/ quomodo sathanas ex uerbo hoc absurdiora inferre potuisset. Ex quibus facile cognosci potest/ Qua fide/ qua dexteritate moderni ꝓphete sacrā interpretantur scripturam ut partim ex supradictis clarū intelligenti esse potest/ et indies clarescet.

Consectarium Octauum.

Igitur omnes docentes/ scribentes/ predicantes cōtra salubria ⁊ ꝓficua ecclesie uel monasticorum instituta sine delectu conditionū ⁊ circumstantiarū temere et presumptuose/ sunt sue matris contemptores et degeneres filij/ Et scandalorum seminatores/ perturbatores pacis fraterne/ hominibus inuisi ⁊ deo odibiles.

Laus deo.

De sanctissimo Eucharistie Sacramento.

Nuper saxum quoddam e medio Jordanis alueo ad filiorū castra perlatum Candide lector ad eam uoluimus partē in qua nostro iudicio sedisset optime/nullum uiantibus prebens offendiculum. Superuenit quidā ipsum male situatum causans euoluit et in mediam collocauit uiā/ut nullus preteriens non in ipsum impingat. Insuper minax ne dimoueatur uulgauit scriptum conuicijs refertum bene ipsum in eo consistere loco/ impingant uiantes uel ne/ Nec alio in loco situari debere contestans. Saxum hoc altissimum est Eucharistie sacramentum de quo in alio opello meminimus Conatu 6. Verū diminute scđm ea que interea diuulgata sunt dogmata Unde ꝛ illud opus ad fabricam reuocamus officinam malleis ꝛ marcis id amplius quadraturi ut politius exeat Uentilatur autē circa hoc ambiguitas/ sub ratione sacramēti solum ipsum institutum esse an sub ratione sacramenti ꝛ sacrificij. Circa quod duobus operas nostras impendemus effectibus. Primus ut saxum hoc ꝛ quadratum ꝛ politum in eū producamus quo bene ꝛ optime sedebit lo-
Neem.4 cum. Secundus Ad aliā euoluere conantes partē depellamus ut sic ambidextri simus una manu facientes opus alia tenentes gladium.

Quo ad primum.

Repetendo nonnulla que prefato conatu digesta sunt primo loco solidum querendum est fundamentum quod alubi q̄ in scriptura diuina repiri nequit. Ex qua tres extrahamꝰ catholicas ūitates.

¶ Prima. Saluator benedictus in ultima cena ꝓximus passioni Ex maxima et dignantissima erga nos charitate corpus suum ꝛ sanguinem sub speciebus panis ꝛ uini nobis tradidit tanq̄ donū precellētissimum quo ꝑ concomitantiā maius donare nō potuit/quia ibi uerus deus ꝛ uerus homo/ Hec fidelibus cunctis nota est/ testi-
Mat.26 bus tribus Euāgelistis ꝛ S. Paulo Pro q̄ nunq̄ cōdignas ei gra-
Mar.14 tiarūactiones referre sufficimus. Supat enī oēm charitatis modū.
Luc.22. ¶ Secunda. Saluator benedictus corpus suū ꝛ sanguinem sub
1 Cor.11 specie panis ꝛ uini tradidit fidelibus sumēdū in sui memoriā. Hec silr̄ clara est dicēte saluatore: Accipite ꝛ mādūcate- accipite ꝛ bibite.

¶ Tertia. Saluator benedictus corpus suum ꝛ sanguinem ecclesie tradidit per suos ministros deo patri offerendum in sue oblationis in cruce facte memoriam ꝛ iugem renouationem effectuum ꝛ fructuum per suam benedictam passionem ꝛ mortem in ara crucis

acquisitorum/hec probatur quadruplici auctoritate ꝛ sex persuasionibus ut fiant testimonia decem toti mundo credibilia.

Prima est /unius Euangeliste sub ueteri testamento a deo missi. Nam omnes ꝓphete ꝛ ꝓmissiones in nouo testamēto grās implendas denūciantes Euāgelistarū impleuerūt officiū. Vñ S. Petrus ait: Huic scilicet Christo omnes ꝓphete testimoniū perhibent accipere remissionem pctōrum per nomē eius omnes qui credunt in eū Actu. 10
Hic Euangelista sub ueteri testamento spectans ad nouum est Malachias/qui ex persona domini loquens ait: Non est mihi uolūtas in uobis dicit dominus exercituū Et munus non suscipiā de manu uestra. Ab ortu enim solis usqꝫ ad occasum magnū est nomen meū in gentibus/ꝛ in omni loco sacrificatur ꝛ offertur nomini meo oblatio munda/quia magnum est nomen meū in gentibus dicit dominus exercituum. Hec auctoritas bene trutinanda est. Mala. 1

Primo clarum est/ꝙ hic ꝓpheta uel Euangelista loquitur de reprobatione sacrificiorum ueteris legis ꝛ sacrificij noue legis approbatione ꝛ acceptatione. Sicut et propheta in psalmo: Sacrificium ꝛ oblationem noluisti: aures aūt perfecisti mihi (uel iuxta aliam trāslationem) corpus autem aptasti mihi Holocaustum ꝛ pro peccato non postulasti/tunc dixi ecce uenio. In capite libri scriptū est de me. Psal. 39

Patet Secundo/ꝙ non de quibuscunqꝫ spiritualibus noui testamenti sacrificijs loquit̄: Sed de sacrificio uno singulari. Nam dicit oblatio munda/non oblationes munde.

Infertur Tertio/Cum hoc sacrificiū noue legis unicā uocat oblationem mundam notat bonitatem illius oblationis per se non referendo ad ꝑsonas. Nā nullius hominis singularis assignari pōt tale sacrificiū. Singularia namqꝫ sacrificia ex ꝑsonis singlis ꝛ singularibus bonitatem accipiunt. Unde de sacrificio Abel dicit̄: Respexit dñs ad Abel/ꝛ ad munera eius. Non respicit dominus ad singularia munera et personalia/nisi persona sit sibi accepta. Hic aūt nulla de personis fit mētio. Sequit̄ ergo oblationē illam per se esse acceptam qualis nulla est nisi persone filij dei. Gen. 4.

Quarto oblationem illam uocat mundam sine personali nota. Nullum autem sacrificiū ex homine ꝓdiens potest homo offerens scđm diuinam scripturā decernere mundū Cum omnes iusticie nostre sint sicut pannus menstruate. Nimirū cum ꝛ ipse immundus sit coram districta dei iustitia. Unde Job ait: Si innocentē me ostēdero/prauum me comprobabit. Et si lotus fuero quasi aquis niuis Job. 9.

et fulserint uelut mundissime manus mee/ tamē sordibus intingēs
Psal. 79. me. Et ꝓpheta: Domine deus quousq; irasceris super orationē ser-
ui tui. Multa in hanc sententiam ex diuinis eloquijs consarcinari
possent quod homo ex se nō habet oblationem mundā que sua bo-
nitate ꝛ mundicia intrinseca sit deo accepta Et stare possit corā di-
stricta iustitia ipsamq; cōciliare. Unde omnis nostra iusticia a deo
acceptata in uirtute alterius fulcit̄ ꝛ acceptat̄ uidelicet Christi si ei in
corporat̄. Ergo ꝓpheta loquēs de oblatione mūda absolute ad nul
lā ꝑsonā relata intelligit. De oblatiōe Christi q̄ oēs alias nostras
fulcit oblatiōes ꝛ eas acceptas facit. Et ipsa sola tanq̄ purissima sta
re potest ante patrem etiam summe iratum ad eū placandum in qua
nihil inuenit repudiādum Habes ex hoc quod de nulla alia cuius-
cunq; sancti intelligi potest sicut nulla alia sine illa est mūda ꝛ scā
in conspectu dei. Huic enim meritum Christi non esset necessariū.

Quinto ꝓpheta sub eodem contextu loquitur de reprobatione sa
crificiorum uete. legis ꝛ substitutione sacrificij noue legis q̄ oblatio-
nem mundā uocat ergo de illo sacrificio loquit̄ quod sacrificijs ue-
teris legis succedit ꝛ per ea est prefiguratum. Hoc aūt aliud non est
q̄ Christi sacrificiū qd̄ solū in ꝯspectu p̄ris est mūm ꝛ ꝑ se acceptū.

Sequit̄ sexto. q̄ de illo unico loquit̄ q̄ totā respicit eccl̄iam sicut
in p̄cedentib⁹ locut⁹ est de illis q̄ respiciūt sinagogā q̄ in solo Chrō (ueteraueruñt.

Hebre. 8. Septimo. Ex uerbo in omni loco sacrificatur ꝛ of-
fertur nomini meo oblatio munda. Sequitur q̄ est oblatio corpo-
ralis. Oblatio em̄ spiritualis abstrahit a loco sicut saluator de ado
Joan. 4. ratione ad mulierem samaritanam dixit Uenit hora quādo nec hic
nec Hierosolymis adorabitis patrem: Sed ueri adoratores ado-
rabunt in spiritu ꝛ ueritate. Et si hec oblatio noui testamenti offerā
tur in spiritu ꝛ ueritate describitur nihilominus per prophetam cor
poralis locus / uidelicet in omni loco offertur ꝛ sacrificatur. Non
suffecit prophete unum nomen scilicet offertur / addit et sacrificatur
ut intelligatur realis oblatio.

Octauo. Ex eodē uerbo intelligi dat̄ unitas illius oblatiōis Li-
cet em̄ in multis offerat̄ locis / unū tn̄ est ꝛ unū manet. Nā dicit in
omni loco offert̄ ꝛ sacrificatur nomini meo oblatio mūda Nō ait
offerunt̄ oblationes munde sicut Pet. ait Offerre spūales hostias.
1. Pet. 2. Nono. In uerbo in om̄i loco dat intelligere Euāgelista ille. se nō
loqui de oblatione qua Christus se obtulit in passione moriēdo ꝓ
nobis in cruce / qa illa facta est in uno loco scilicet in monte caluarie

Et una uice q̄a chr̄us semel ꝓ pctis nr̄is mortu⁹ est iust⁹ ꝓ iniustis. 1 Pet. 3.
Decimo. Ex omnibus predictis indubitata concluditur ueritate corpus Christi in sacramento nobis donatum/ esse illā oblationē mundā que per ecclesiam offertur in altari deo patri in omni loco ut claret p totū mōdū Ubicunqꝫ cōgregatio est fideliū/ sicut olim in figura p iudaicā offerebatꝰ nationē ꝟ ē sinagogā restricte tū q̄ ad locū.
Secunda auctoritas est alterius Euangeliste sub ueteri testamento eius uidelicet cui a domino dicitur: Super montem excelsum ascē de tu qui euāgelizas syon. Hic de Christo ait Oblatus est quia ipse uoluit. De quo ap̄lus dicit: Semetpsum obtulit deo immaculatum. Esai. 40. Esai. 53.
Ex hijs duobus testibus qui ab inuicem non discrepant infertur ꝙ Christus in cruce oblatus est passiue et seipsum obtulit actiue. Et ꝙ apostolus ait: Seipsum immaculatum quadrat ei quod per Malachiam dictum est: Oblatio mūda. Si ergo Christus oblatus est/ per alium uel alios oblatus est. Nam nullus oblatus dicitur per seipsum aut a seipso quod ꝛ uerbum sequens notat cum subnectit/ q̄a ipse uoluit scilicet offerri. Dat ergo intelligere aliquem offerētem ab oblato distinctū. ille offerens non fuit perfidus Judaicus populus qui eum non obtulit. Quin uoce. petitione. ꝛ instantia importuna crucifixit. Unde intentionem non habuit offerendi: sed perdendi ꝛ memoriam eius extinguendi. Infertur ꝙ ecclesia sua sponsa que eadem est in uet. ꝛ nouo testamēto que et ipsum sub lege Mosi in omnibus illius legis sacrificijs figuraliter obtulit. Ipsa eadem in nouo testamēto deo patri in ara crucis in ꝓpria obtulit p̄sona. Et illi⁹ sue oblationis quotidianam celebrat in altari offerendo memoriam. ad heb. 9.
Tertia auctoritas est saluatoris nr̄i bn̄dicti q̄ sue institutiōis unicā assignat causā uidelicet ꝟ facite i mei recordationē/ q̄bus uerbis ꝛ salutiferū hoc instituit sacr̄m. S. quoqꝫ Paul. nullā aliā institutionis assignat causam: sed eandē repetit dicēs: hoc facite in meā cō memorationē. Quotiescūqꝫ eñ mādncabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis mortē dn̄i annūciate donec uenerit. Cū ergo saluator nr̄ ꝓ unica hac causa ꝟ instituerit sacr̄m tāq̄ signū rememoratiuū sue passiōis ꝛ oblatiōis in cruce ex maxima charitate facte sicut eius testantꝰ ūba. de corpore quod ꝓ uobis tradetꝰ Et de sanguine. qui ꝓ uobis effundetꝰ. Sequitꝰ ꝙ in recordationē illius oblationis in cruce debet ipse Christus in hoc sacramento cottidie offerri deo patri. Et post oblationē sumi. In hijs eñ duobus p̄fectior est charitatis Christi in sua passiōe nobis ostēsi recordatio ꝛ clarior representatio. Perfecti⁹ qꝫ 1 Cor. 11

exercetur fides / Sublimius eleuatur spes ⁊ ardentius inflammatur charitas q̃ per solum esum Hoc proindemodo uerius dictorum duorũ ꝓphetarũ ⁊ perfectius complentur uaticinia quia offertur per ecclesiam deo patri quoniã ipse uoluit ⁊ uult sic offerri Et in omni loco ecclesiastici orbis offertur deo oblatio munda que per se munda existẽs est dei placatiua Secundũ illũ deniq̃ intellectũ in hoc sacramento clare conspicit̃ quo modo sit rota in medio rote. Hoc est
Ezech. 1. uetus testamentũ ut figura in nouo Et nouũ ut ueritas in ueteri figurante. Quod enim ecclesia sub ueteri lege sacrificijs ⁊ holocaustomatibus figurabat hoc sub nouo testamẽto factũ representat et cottidiana oblatione testatur ipso sanctissimo sacrificio cõtestans quia sponsus suus fidem sibi seruauit. Unde claret q̃ optime ⁊ pulcherrime secundum hunc intellectum omnia sibi quadrant.

Claret deniq̃ q̃ nihil sibi aduersant̃ sacramentum hoc sanctissimum esse communionem ⁊ sacrificiũ Jmo perfectius illud dulcissimum memoriale consummant dũ exuberantissimã suam recolimus charitatem in duplici effectu nobis et ostensam ⁊ exhibitam dũ amorosissima eius pascimur memoria qua seipsum pro nobis in cruce immolauit patrẽ placauit ⁊ omnia bona obtinuit Et edendo ac cõmunicando eius beatissima reficimur presentia. Jmo magis ꝓprie representamus oblationem eius in cruce Jpsum in altari offerendo quam in sacramento sumendo.

Quarta auctoritas datur ecclesie reuera nõ parua quã oẽs sancti in magna habuerũt reuerẽtia. Jpsa nanq̃ spõsa est (quod oĩbus fidelibus perspicuũ esse debet) Jhesu Christi sponsum suum presentissimum habens iuxta suum promissum: Ecce ego uobiscũ sum om
Mat. 28 nibus diebus usq̃ ad consummationẽ seculi. Habet ⁊ spiritũ sponsi scilicet spiritumsanctũ qui ꝓprius est spõse ecclesie spiritus. Hic eam regit / ꝓtegit / saluat / a malo preseruat / ⁊ ad omne bonum prouehit. Jn optimoq̃ consummat hic cũ dicat̃ et sit spiritus ueritatis
Joã. 16. docens omnẽ ueritatem. Non potest in ecclesia errorem tolerare cõtra fidẽ / sic q̃ tota ecclesia a fide aberret. Et cum ipse sponsus spon
Joan. 15 se presentissimus dicat: Ego sum uia ueritas et uita. Nõ poterit sinere ecclesiam suam deuiaré Errare et a uera uita q̃ per charitatem in deo uiuit ⁊ deus in ea deficere. Unde uniuersalis ecclesie fides circa aliquem articulum diuinam scripturam concernẽtem indubie uera ⁊ certa est. Fundatur enim in certissimo Christi ꝓmisso. Talis est ecclesie fides circa hoc sacramentum sanctissimũ q̃ sit ⁊ sacramentũ

et sacrificium Et sub utroqꝫ modo a tempore apostolorum est in ec clesia uniuersali frequentatum nullo repugnante/ nullo sanctorum et doctorum contrarium scribente. Unde mirum est quo pacto fide les fidem assertioni contrarie accomodare possunt.

Prima persuasio sumitur ex ratione figurationis In Genesi legi tur/ quod Melchisedech rex salem occurrit Abre reuertēti de cede qua tuor regum proferens panem ꝛ uinum ad imolādum deo. Erat enī sacerdos dei altissimi. Hic Christum figurat ut apostolus Paulus deducit Adducens illud psalmi: Jurauit dominus ꝛ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum scōm ordinem melchisedech. Hec fi gura clarius ꝛ perfectius representat cum sacramentū sub spetie pa nis ꝛ uini offertur deo patri in altari Ecclesia enim corpus Christi capitis unum est cum capite. Ex qua unitate quicquid ipsa facit ex ordinatione diuina Christus facere dicit. Unde ipsa offerēte Chri stus offert ut sic per illam unitatem offerens sit ꝛ oblatus. Gen. 14. Heb. 7. Psal. 109

Secunda Ob edificandam fidem. Sacramēta enim diuinitus in stituta ad fidei edificationem sunt. Hec autem amplius exercetur cū sacramentum ꝛ in cōmunionem ꝛ in sacrificiū creditur institutum/ quam uno illorū solo. Nam duplex habet obiectum Cōmunione enim fideles nectuntur adinuicem/ Sacrificio ad deum patrem.

Tertia amplius dilatatur charitas. Per cōmunionem nanqꝫ cō municanti soli proficit Sub ratione aūt sacrificij tanquam cōmune bo num in omnia diffundit mēbra ecclesie militantis fructus illius ca pacia. Sancta enī mater ecclesia ꝑ omnibus filijs suis solicita Coti die ꝑ eis sacrificat/ Et hoc gratissimo sacrificio deum placat Grata quoqꝫ per se existens Sicuti sanctus Job sanctificabat filios suos. Consurgensqꝫ diluculo offerebat holocausta per singulos. Job. 1.

Quarta est Plenior Christi passionis representatio ut enī dictū est. Sacramentum hoc in memoriam sue passionis et mortis insti tuit sicut apostolus ait: Mortem domini annunciabitis. In passio ne autem sua seipsum pro nobis obtulit ꝛ pro nobis oblatus est. Per quod et nos sibi incorporauit Qui duplex effectus duplici pre fato representari debet sacramenti usu.

Quinta. Cumulatiores ex hoc duplici usu pullulant in ecclesia fru ctus. In ratione enī sacrificij ab ecclesia et pro ecclesia facti purgant fidelium peccata placatur dei patris ira Et omnia impetrant bona.

Sexta. Amplior excrescit fideliū deuotio ut claret. Omniū enim fi delium fides et deuotio erga hoc feruescit sacrificium sicut et semper

efferbuit Nec hoc alia eget probatione.

Preter hoc sacrificium solenne et generale ecclesie Inueniuntur in scripturis diuinis oblationes particulares et spirituales ut sunt corporum adultorum mortificationes. Spirituum cōtritiones/ opera iusticie/ laudes diuine Et similes que particulares respiciunt personas Et generali ecclesie sacrificio predicto in nullo derogant Unde in eius suggillationem allegate nihil concludunt.

Fundato per scripturas et rationes ecclesie sacrificio contrarie probationes sunt conuellende.

Autor de missa abroganda.

Prima ad eliminandum ecclesie sacrificium est. Quicquid e scripturis auctoritatē nō habet manifestissimū est ex diabolo esse. Omnia enim dei opera in scripturis sanctis prodita sunt Et quod sine uerbo dei ordinatur nō ab ecclesia: sed a sinagoga sathane sub ecclesie nomie ordinatur. Et omnia talia sunt doctrine et traditiones hominum que a scriptura diuina reprobant Hec enim precipit q nihil uerbis dei addatur uel detrahatur. Tale autem est missam esse sacrificium. Unde concluditur missas quas sacrificia uocant esse summam idolatriam et impietatem Hec probatio sub copiosa uerborum multiplicatione. pro primo impetu proponitur.

Replicator.

Hec argumentatio scdm oēs suas clausulas et uim nuper in alio eliminata est scripto ubi de cōstitutiōibus eccl'iasticis et monasticis habitus est tractat⁹. Breuiter hic eā ꝯfutando dicim⁹ scripturā diuinā nō oīa opa dei ꝓdere circa literā nisi de principalibus dei opibus fiat mētio. Uerū scdm spūm et uirtutē/ sic oīa dei opa et oīa bona cōplectit ut qcquid est cōtra eā a sathana esse necesse sit sicuti saluator ait: Qui nō est mecū cōtra me est et ecōtra. Uñ quicqd sine uerbo dei in scripturis diuinis exarato uel diuinitus inspirato ordinat nō ab ecclesia: sed a sathane sinagoga ordinat qa tale plane scripture nō quadrat diuine. Uñ (ut ibidē est ostēsum) Non oēs doctrine in diuinis uoluminibus nō exarate sunt doctrine hoīum a doctrina dei reꝓbate. Ceterū missam esse sacrificiū sufficiēter literis diuinis est ꝓditū. ut sꝰ est declaratū. Et si cōtrariū admitteret Nō ob id seqret esse inuentū sathanicū Cū efficacit ꝓbari nō possit esse cōtra scripturā sanctā missam esse sacrificiū Et eccl'ia catholica ultra mille annos usa sit missa in ratione sacrificij. Uñ asserere ipsam tanto et pene tpe toto noui testamēti ꝯmisisse in hoc ipso summā idolatriam et

Impietatem insignis est calũnia ꝛ contra Christi ꝓmissa supra alle gata. Uere enim Christus eccl'ie defuisset si eam tanto tpe in summa idolatria ꝛ blasphemia dereliquisset Quod uiciũ acrius idolatria a deo unq̃ est punitum: Et qd ipsi detestabilius quo ipse ipse negat et suus diuin⁹ honor alteri tribuit: Quomodo nõ ante mille annos re pudiũ eccl'ia fuisset ꝑpessa. Uñ ꝯspicari licet quãte presumptiõis sit oĩa pessundare ꝛ celũ terre miscere. Porro ea q̃ de sacerdotio immi scent in alio uẽtilabunt tractatu. In presentiaꝝ de missa agere placet.

Secundus impetus Ex testimonijs de sacer dotio noui testamenti et eius officio paratur.

Autor

Ex scripturis diuinis colligimus que sint noui testamenti sacrifi cia dicente Paulo: Obsecro uos per misericordiã dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctã deo placẽtem ꝛ rationabile obsequium uestrum. Huic consentit Petrus d. Et ipsi tanq̃ lapi des uiui superedificamini domos spirituales in sacerdotium sanctũ offerentes spiritales hostias ꝛ acceptabiles deo ꝑ Jesum Christũ. Rom. 12 1. Pet. 2.

Est preterea aliud genus sacrificij eque omnibus cõmune. de quo in psal. Sacrificiũ deo spiritus contribulatus. Et in alio: Immola deo sacrificiũ laudis. Et alio in loco: Sacrificate sacrificiũ iustitie. Hec sunt testimonia de sacrificio seu cultu noui sacerdotij sub Christo Nec habet prorsus tota scriptura aliud huius sacerdotij sacrifi cium Dicite ubi scriptũ sit Missas esse sacrificia ubi docuit Christ⁹ panem ꝛ uinum cõsecratum offerre deo. Auditis ne: Christus semel seipsum obtulit Non uoluit denuo ab ullis offerri: sed memoriam sui sacrificij uoluit fieri Et uobis. Unde hec audacia ut sacrificium ex ea memoria faceretis Si autem ex memoria oblationis eius sacri ficiũ facitis ꝛ eũ denuo offertis Cur non ex memoria natiuitatis ei⁹ aliã natiuitatẽ q̃ꝫ ei affingitis ꝛ denuo eũ nasci facitis. Ita resurre ctiõis ꝛ cecoꝝ illumiatiõs ꝛc̃. (Ualidissime argumẽtatiões) ꝯcludit/ exitio igit' h' scdo ipetu Iteꝝ ruere ꝛ iacere missaꝝ papisticaꝝ ipietatẽ. Psal. 50 Psal. 29. Psal. 4.

Replicator.

Auctoritates ex scriptura sctã desũptas ꝛ nos affirmamus de sa cerdotio/ nõ noui testa. solũ: sed ꝛ ueteris dictas quia ꝛ ueteri allate sunt (ꝓ magna pte) instrumẽto An nõ in ue. te. tenebant sua corpa mortificare. sacrificium laudis. iusticie. spiritus contribulati ꝛ simi lia deo offerre An forte eis licita fuerunt uicia ꝛ interdicta laus di uina. Cur ad noui testamenti sacerdotium hec arbitraris pertinere.

Porro si et ad ueteris testamenti hec(quod negare nõ potes) pertinent statum Cogeris & in ueteri testamento duplex ponere sacerdotium. Unum omnibus commune(predicta enim omnibus cõuenire necesse est) Aliud spirituale a deo spiritualiter institutum ut aaronicum. Cur ergo in nouo testamento negabis duo uidelicet sacerdotia quod in ueteri concedere cogeris. Unde conceditur q̄ hec sunt testimonia de sacrificio seu cultu non noui sacerdotij sub Christo solum: sed et ueteris. Uerum in spiritu / sicut em̄ ecclesia eadem est sub vtroq; testamento sic eadem habet spiritualia sacrificia quibus correspondet spirituale sacerdotiū. Ad hunc sensum etiam conceditur / q̄ prorsus tota scriptura non habet aliud huius sacerdotij spiritualis sacrificium. Quod insultando queris ubi scriptum sit missam esse sacrificium. Respõdemus primo affirmatiue in locis supra assignatis per sanctos & prophetas & euãgelistas. Negatiue quia nullibi ꝓhibuit nec contrarium scriptura diuina ostendit. Dicis Christus semel seipsum obtulit concedimus ad sensum apostoli / Christ⁹ semel mortuus est ꝓ peccato iam non moritur / mors illi ultra non
Roma. 6 dominabit. Hoc modo semel seipsum obtulit & semel oblatus est / nec ullo modo uult denuo hac forma offerri quia non amplius uult aut potest mori. Uult autem huius sacrificij sui(etiã scdm te)memoriam fieri Que autem memoria uerius illius sacrificij prefert imaginem / an quo eum solum sumimus / an quo eū nõ solum sumimus. Uerum quoq; in illius sacrificij memoriã deo sacrificando presentamus: Nam quid aliud est misse sacrificium q̄ expressa sui sacrificij representatio que utiq; sacrificando clarior est q̄ solum comedēdo. Ergo principalius in uerbis Christi(hoc facite in mei recordationem) intenta Ecce fundamentum ex uerbis Christi nostre sacrificationis ut est supra ostensum.

Puerile est quod sequitur Cur non ex natiuitate eius aliam natiuitatem facitis &c. Respõdet quia Christus hoc modo natiuitatis eius & aliorum que in carne gessit noluit nec instituit talem fieri memoriam qualem agi uoluit sue passionis & oblationis in cruce. Uñ
Heb. 6. nostrum sacrificare non est denuo Christū offerre sicut Paulus ad Hebreos loquitur. Ad impietatem: sed ad deuotionem & ardentissimam in ipsum charitatem tam clare & dilucide eius excessum chari
Luce. 9. tatis in cruce(de quo Moyses & Helias cum Jhesu loquentes dixerunt)In altari representantes Stat ergo firma non papistica impietas: sed diuina constitutio.

Tertius impetus de ministerio verbi est / q sacerdotiū concernit / unde ad sequentē materiā de sacerdotio est reseruandus cū anthithesi episcoporū Christi z sacerdotū papisticorū.

Secunda pars de verbis misse ex quibus probatur missam non esse sacrificium. Item de canone.

Quid reliquum boni faciant in missa quādo memoriam Christi z fidem extinguunt z opus eius loco erigunt / abūde satis esse nobis debuit ipsum exemplum Christi z apostolorum / quādoquidem credimus omnē actionē Christi / nostrā esse instructionē Exemplū em (ait) dedi uobis ut uos ita faciatis. Dicit hoc facite in mei memoriam. Quid est hoc facite / nonne hoc quod ego facio modo uobiscū / quid facit / nunquid aureo calice zc. ornatus sacrificat. Si igit̄ inuenias fideles qui simplicissimum hunc ritum imitari uolunt omissis omnibus que per homines adiecta sunt. Caue tu hereticos dixeris nisi Christū q̄q3 hereticū criminari uelis Multa in hanc subnectūtur sententiam. Subnectitur libera sunt omnia que in Christi institutione non inueniuntur que libertas facit ut innoxia sint. At sacrificium ex eo facere hoc non est aliquod externum addere: sed substātiam ipsam sacramenti et totum quod est a Christo institutum mutare / hoc z contra rem ipsam z exemplum: Nec libertas potest hoc malum innoxium facere: sed dānandum z detestabile est / ut summa z idolatria z blasphemia. Autor

Replicator.

Claret ex precedentibus p hoc q sacramētum sacrificium dicit̄ fidem non extingui: sed amplius exerceri z illud opus ecclesie quo eius nomine sacrificat̄ esse uerum fidei opus ad perfectum operis Christi in cruce memoriale Unde fides et opus sacrificandi optime quadrant. Porro quod hic z in sequentibus adducit de exemplo Christi z suo facto imitando. Reuolue euangeliorum librum z inuenies q ubicunq3 saluator ad sui imitationem inuitat aliquid ꝓponit q non nudam rem gestam continet: sed ad sanctitatem z ueteris hominis crucifixionem operatur ut in Mattheo: Discite a me quia mitis sum z humilis corde. Et cum de sua passione loqueretur subiungit: Mat. 11
Qui uult uenire post me abneget semetipsum z tollat crucem suam z sequatur me. Et postq̄ humillime lauit eorum pedes ait: Si ego la- Luce. 9.
ui pedes uestros dominus z magister. Et uos debetis alter alterius Joan. 13

lauare pedes. Exemplum em̄ dedi uobis ut quemadmodum ego feci nobis ita ⁊ uos faciatis. In cena aūt ea que per saluatorē in modo ⁊ forma tempore ⁊ loco gesta sunt ad nudam historiam narrandā referuntur. Nullumq̧ uerbum imitationis saluator expressit. Nimirū. alioqui non liceret nisi in aliquo cenaculo grāde strato/ in sero - inter comedendum/ cum numero duodenario/ prius alijs cibis stomachis refectis/ corporaliter lotis pedibus/ ⁊ alijs concurrentibus circunstantijs que tunc de facto concurrebant sacramētum aut conficere aut sumere quod plane erroneum est. Sufficit ergo ad sue institutionis obseruantiam secundum suum intentum ⁊ uolūtatem sanctissimam/ obseruare institutionis causam ⁊ finem quem expressissime nobis inculcauit dicens: Hoc facite in mei recordationem. Hoc demōstrat factum nudū in se. nec ullum adiecit uerbum quod sui modi ꝓcedendi signaret imitationem. Unde quando dicit̄ Omnem actionem Christi nostram esse instructionem. Si uniuersaliter intelligatur falsum est Alioqui oportet omnes fideles mortuos suscitari Super aquas siccis pedibus ambulare ⁊c̄. Si intelligatur de actionibus nostre nature reformationem concernētibus ueritatem continet: sed tunc non facit ad ꝓpositum. Nam modus procedendi Christi in cena ceremonialis est temporarius ꝑut suum tempus qd̄ iam uenerat expetebat Ad quē modū obligare noluit/ ꝑ hoc exsufflatur quod sequit̄ Quid facit Nūquid aureo calice ⁊c̄. ornatus sacrificat. Non hic erat sacrificandi tempus et hora/ prius sacrificandū erat in cruce postea illius sacrificij celebranda memoria Ceterum de uote ceremonie ꝓ illius sacratissimi sacramenti reuerentia per ecclesiam spiritussancti inspiratione (qua dirigit̄) constitute non sunt a deuoto ecclesie filio contēnende uel pretermittende. Si quis tamen eundem ecclesie ritū ex contēptu pretermitteret. Non hereticum: sed scismaticum iudicaremus. Uñ nō sunt omnia sic libera ut q̄sq̧ pro suo capite ritus uel cōstituat uel cōseruet a cōmuni fidelium ritu discrepātes/ peccaret em̄ in fraternā charitatē. Quod subiūgitur sacrificiū ex eo facere est substantiā ipsam sacramēti ⁊ totū quod est a Christo institutū mutare falsū est ut ex supioribus claret Siml'em̄ stāt ꝙ siti cōmunionē ⁊ in sacrificiū pleniusq̧ clarebit in seq̄ntib᷒.

Autor Secundo.

Euidens est uerba instituētis Christi uerba ꝓmissionis esse inuoluentia pignus eiusdē ꝓmissionis/ quod est corpus ⁊ sanguis in remissionem peccatorū. Ad ꝓmissionē aūt requirit̄ fides ⁊ pignus ꝓ-

missionis atq; ut ꝑmissio gratuita uenit absq; ullis meritis seu op
bus donata/ita suscipit sola fide sine opibus alioqui opa mereñt eã
Semp em̄ opa euacuant ꝑmissionē/ ꝛ rursus euacuat ꝑmissio opa.
Om̄a ergo hec uerba ad ꝑmissionē diuinã ꝛ humanã fidē spectãt.
Nec ullus apex hic ponit q̄ sacrificiū aut hostiã indicet/ Neq; sane
poni potest. Quid em̄ sacrificio cū negocio ꝑmissionis ꝛ fidei/ sacri
ficiū opus nostrū est ex nostris rebus exhibitū deo. At ꝑmissio di-
uinum uerbū est de dei rebus exhibitū hominibus ut plane insania
ne dū error sit ex ꝑmissione dei sacrificiū humanū Ex uerbo maie-
statis opus creature facere Christus aūt mandans hoc a nobis fie-
ri in sui memoriam plane aliud non uult q̄ promissionem istam cū
pignore suo frequentari ad alendã ꝛ roborandã fidē In cuius soli
us robur ꝛ hoc sacramentū instituit. Replicator.

Autor falsa deludit imaginatione fundamētali. Vñ nō mirum si
sup arenoso fundamēto ruinosum supstruit edificiū. Imaginatur.
Primo q̄ eccl'ia uel offerens sacrificiū offerat deo/aliquid de suo/
eo mō quo alias fieri cōsueuit in oblationibus ad altare. Scdo q̄ il
la oblatio sit ꝓprie opus ecclesie uel offerētis. Tertio q̄ eadē oblatio
ꝛ opus sit meritū nr̄m quo mereamur ꝛ nobis ꝛ aliis/peragra to-
tum auctoris opus Et illã imaginationē inuenies sui ꝓcessus fun-
damentū/Hec omnia falsa ꝛ illusoria sunt/declarat. Saluator no
ster bñdictus hoc sacramentū in sue passionis ꝛ oblatiōis in cruce
ꝓ nob memoriã instituit ut clare testant Euãgeliste ꝛ Pau. Hec me
moria expressius representat ꝛ celebrat p hoc q̄ corp⁹ Christi ꝛ san
guis offert in altari cū seq̄nti sumptione sacramenti/ q̄ p solã sum
ptionē pleniusq; oia ibi cōcurrūt ꝓpt q̄ est institutū utpote quia ple
nius ibi alit fides/plenius inflãmat charitas/sublimi⁹ erigit spes/
hec negari nō possūt. Illa igit oblatio q̄ eccl'ia ꝛ suus minister in al
tari offert aliud non est q̄ oblationis Christi in cruce facte recorda
tio ꝛ representatio. Sequit ex hoc q̄ fundamētaliter alia ab oblati-
one Christi nō est. Sequit secūdo q̄ uerius est oblatio Christi q̄ ec
clesie uel eius ministri. Sequit tertio q̄ nō est opus nostrū qd̄ a no
bis ꝓgredit (theologice nō philosophice loquēdo) Sequit q̄rto q̄
nō est oblatio de nr̄is bonis eo mō q̄ alias de nr̄is offerim⁹ bonis
Sequit quinto q̄ illud opus nō facit minister eccl'ie tanq̄ p hoc ali
quid deo daturus ex suis uel ut meritū ꝓprium per hoc sibi uel aliis
acquisiturus. Sequitur Sexto q̄ illa oblatio non minus fundatur
super promissione Christi ꝛ fide q̄ sola cōmunio. Sequitur Septi-
mo. q̄ hec duo/Oblatio ꝛ communio/ non modo non discrepant.

Uerum quoq; in optima quadratura perfectius uerbum Christi cõsummãt & cõplent hoc facite in mei recordationẽ/ cũ & facere, actionem aliquam notet/ ruit hic illius autoris processus.

Autor Tertio.

Accepit panem & gratias agẽs fregit deditq; discipulis suis Obsecro quid est frangere/ quid est dare discipulis. Cur nõ potius more legis sic dixit. Et accepit panem & leuauit coram domino ut intelligeretur non hominibus: sed deo dedisse. i. sacrificasse Nũquid dare discipulis id est quod offerre deo. Ubi ergo est sacrificiũ/ an in eo q accepit panem At accipe non est offerre/ at gratias egit & benedixit Ergo gratias agere est sacrificare Quin gratias agere & benedicere est testari sese accipere uel accepisse a deo/ non aũt offerre deo ut uideas omnes apices horum uerboꝝ pugnare ne Eucharistia sit sacrificium deo exhibitũ: sed beneficium hominibus datũ. Preterea oẽs Euangeliste & Paulus memorant panem a Christo esse fractũ & datum discipulis. Tacent uero an & ipse comederit uel biberit cum eis Quid enim est frangere nisi in multa partiri. Quid dare discipulis nisi partitum alijs distribuere. Si ergo missa institutum & exemplũ Christi referre debet necesse est ut nulla unq̃ fiat nisi Eucharistia frãgatur et multis distribuatur per sacerdotem. Si aũt aliqua aliter pficitur non est Christiana missa nec cum instituto Christi ulla ex pte conuenit Quid hic dicetis priuati imo & publici missarij. Nõne hic solus locus merito omnes absterrere deberet/ ne ullam missam ullus unquam celebraret.

Replicator.

Tota illius passus digressio in tribus stat assertionibus. Prima. missa institutum et exẽplum Christi referre debet. Si autem aliqua aliter perficitur non est Christiana missa. Secunda. Si Christus sacramentum sacrificium esse uoluisset leuasset & sacrificasset. Tertia. q nullus apex sonat in sacrificium. Ad hec dicendum q Euãgeliste in toto processu usq; ad sumptionem discipulorum inclusiue historiam texunt & rem gestam Consequẽter in uerbo Christi Hoc facite in mei recordationẽ narrant sacramenti institutionem perpetuo in ecclesia continuandã In quo toto processu per nullum uerbum imponitur ecclesie uel fidelibus obligata illius processus & ritus secundum circumstantias forme & modi aliasq; obseruantias/ nam per uerbum/ exemplum dedi uobis ut quẽadmodum ego feci uobis/ ita

ꝛ uos faciatis. Nam illud ante illam dominicam cenam post lotio- Joã. 13.
nem pedum protulit quam sicut moralem doctrinam respicit/ sicut Mat. 11
alubi ait: Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde/ quã cordis
humilitatem ibidem ostendit in opere. Nec per uerbum hoc facite.
Nam uerbum hoc/ substantiam facti demonstrat non circunstan-
tias id est ipsam consecrationem ꝛ consecrati usum Unde circunstã
tiarum ꝛ ceremoniarum omissio uel alteratio missam non uariant Act. 2. et
ne Christiana dicatur Nimirũ cum apostoli formam uariauerint ba 10.
ptismi tam clarissime a saluatore expressam. In nomine patris ꝛ fi Mat. ul.
lij ꝛ spiritussancti baptizantes in nomine Christi. Nullus tamẽ ne
gat uere eos baptisasse Unde sequitur/ ꝙ prima Assertio falsa est/
si institutum ꝛ exemplum Christi ad ceremonias referatur. Si autẽ lo
quitur de instituto Christi in se nihil cõcludit Nam institutũ Chri
sti utrobiqꝫ manet integrum. ꝙ autem saluator non leuauit non sa/
crificauit in cena nihil officit Satis enim dabatur intelligi per hoc/
ꝙ in memoriale passionis ꝛ oblationis in cruce que erat suum cor-
relatiuum instituebatur. Dabatur quoqꝫ intelligi per uerbum quod
ꝓ uobis tradetur/ ꝛ qui ꝓ uobis effundetur uidelicet per immolatio-
nem in cruce Queãdmodum ꝛ agnus paschalis immolabatur qui fi Exo. 12.
gura erat Christi cui sacramentum hoc tanꝗ memoriale succedit.

Preterea immolatio Christi in cruce ante eius cõsummationem
non erat discipulis clare ut omnes intelligerent referanda unde re- Luce. 18.
fert Lucas Assumpsit Jesus duodecim ꝛ ait: Ecce ascẽdimus Hie-
rosolymã ꝛ consummabuntur omnia que scripta sunt per ꝓphetas de
filio hominis: Tradetur enim gẽtibus ꝛ illudetur ꝛ flagellabitur ꝛ cõ
spuetur ꝛ postꝗ flagellauerint occident eum ꝛ die tertia resurget Et
ipsi nihil horum intellexerunt Et erat uerbum istud abscõditum ab
eis ꝛ nõ intelligebant que dicebantur. Unde ꝛ in cena nihil clare de
hoc dixit aut fecit ut intelligerent pro tunc.

Autor Quarto.

Et dixit. Accipite scilicet non solũ exemplo ꝛ facto ostendit nõ sa
crificium deo exhibitũ: sed ꝛ donũ hominibus datum eucharistiã es-
se: Sed ꝛ uerbo confirmat iubens ut accipiant Cur nõ sic ait: Offer-
te ꝛ sacrificate. Possessores enĩ doni facit cũ dicit: Accipite/ nẽpe il-
lud qđ dedit ꝛ fregit nihil ergo offerri đo ꝑmittit ꝟ uerbũ accipiẽdi.

Replicator.

Liquet ex predictis hoc uerbum accipite. nihil cõtra oblationem
facere. Nam ecclesia uel eius minister nihil de suo offerunt: sed cor-

pus ꝛ sanguinem que ab ipso acceperunt tanq̄ donum preciosum. primum offerunt deinde sumunt pro perfecta sue passionis ꝛ oblationis pro nobis in cruce facte representatione. Cur autem non dictum est: Offerte. Rationes supra sunt signate.

Autoꝛ quinto.

Comedite ꝛ bibite. Hoc est uniuersum opus quod in eucharistia facere iubemur Ideo enim frangit dat. Jubet accipere ut comedam⁹ ꝛ bibamus ꝛ post hec memoriam eius predicemus Sicut ꝛ apostolus nullum aliud opus in eucharistia nouit nisi comedere ꝛ bibere/ dum uerba Christi repetit dicens: Quotiescunqꝫ enim manducabitis panem hunc ꝛ calicem bibetis mortem domini annunciate. Nihil hic offerre/nihil operari: sed accipere tantum comedere ꝛ bibere mandatur. Neqꝫ enim quod comedimus ꝛ bibimus offerre possumus cū potius auferamus ꝛ nobis demus ꝛ intra nos recipiamus. Natura enim sacrificij est presertim perfectissimi quod holocaustū uocant totum deo offerri nihil ex eo hominibus relinqui. Cur ergo nos panem ꝛ uinum totum comedimus ꝛ bibimus nihil relinquentes deo. Cur non totū ei relinquimus cū uelimus hoc perfectissimū esse sacrificiū. Pugnant offerri deo ꝛ sumi a nobis. Inauditum igitur monstrum est sacrificium papisticum.

Replicatoꝛ.

Quod ait uniuersum opus quod in eucharistia facere iubemur est edere ꝛ bibere. Hec est petitio principij ꝓ hoc disceptam⁹ et cōstant negamus sicut ꝛ hucusqꝫ cōtrariū ostēdimus. ꝙ aūt saluator hunc expressit sacramenti usum. Ratio in ꝓpatulo est quia figuram agni paschalis qui decimaq̄rta luna edebat ad uesperā uoluit seruare et in illius agni mansuetissimi sui uidelicet ipsius esu cōsummare. Cū hoc stat agni istius Jmolatio precedens et esui optime quadrans. hanc immolationē nouit et apostolus de qua ad Corint. tamē mentionem non fecit quia non omnium est quo ad officium: sed ecclesie per suos uocatos ministros. Unde quia Corinthijs scribēs omnes instituit fideles. De immolatione mentionem nō fecit ꝙ autem dicit per similitudinem quod comedimus et bibimus offerre non possumus. Jn corporalibus ueritatem habere potest/in spiritualibus autem claudicat similitudo. Offerimus enim primo dein comedimus et bibimus sicut hostiam pacificam et pro peccato. Non obstante quod et holocaustum est. Totum quidem et assum et incensum est

igne charitatis ⁊ nobis ⁊ pro nobis. Unde et spirituali gustui dulcius sapit. Stant ergo hic in spiritu simul quod totum uoramus ⁊ totum offerimus Sibi soli gloriam tribuentes et cum eo laudes ⁊ gratiarumactiones referentes. Totum uoramus quia totum ad utilitatem ⁊ salutem nostram cedit / ut sibi offerendo cum nostro holocausto in deum transferamur. Et comedendo in nos eum introducamus / ut sic nos simus in illo ⁊ ille in nobis in eternum. Uides quã bene secundum hunc sensum omnia quadrant.

Autor Sexto.

Hoc est corpus meum Hic est calix sanguinis mei / hic pignus ⁊ signum promissionis apponit omnium fidelissimum et preciosissimum scilicet ipsum met precium promissionis corpus ⁊ sanguinem proprium. Quomodo ergo sacrificium ⁊ opus nostrũ facere possumus ex pignore ⁊ sigillo dei nobis donato ⁊ promissioni sue appenso. Quis inter homines sigillum ⁊ pignus promittentis offert ipsi promittenti ac non potius accipit ab ipso ⁊ sibi seruat. Et tu impia turba pape nos offerre ⁊ a nobis abijcere / doces hec incõparabilia dona ⁊ gaudia Et quis nõ summa indignatione discrutietur super hos cruentissimos animicidas qui nobis hanc dei charitatem obscurant / hanc certitudinem cordis labefactant / hanc securitatem fiducie proscribunt. Et pro charitate dei iram dei. pro fide opera. pro certitudine trepidationẽ. pro securitate confusionem statuũt Dum enim sacrificium faciunt ex eucharistia nonne incertos nos faciunt. Quis enim sciat an placeat suum sacrificium. Deinde cum sacrificãt necesse est ut cogitent deũ placare. Uelle autem deum placare / est cum iratum ⁊ implacatum reddere. Credere autem iratum est expectare iram potius q̃ charitatem. At eucharistiã accepturis salubriter necesse est credere deum summa charitate iamdudum placatissimum ultro donare id quo nihil habet carius / Ita ut nihil eque pugnet aduersus eucharistie fructũ atq̃ hec sacrilega opinio papisticoꝝ ⁊c̃.

Replicator.

Mirum q̃ Autor tot ⁊ tam summis discrutiationibus super cruentissimos animicidas non dudum diruptus est: sed diuino seruatur miraculo ut magis magisq̃ insaniat infinitis suis cõuicijs / irrisionibus / exprobratiõibus quibus quia refertissim⁹ est ubertim erumpunt. Ad ꝓpositum. Corpus ⁊ sanguis domini Jhesu pignus

et signū sigillūq3 diuine promissionis sunt Nihilominus ⁊ ipsummet precium sunt quod pro nobis dedit Et si precium ergo ⁊ sacrificium quia corpus ⁊ sanguinem suum sacrificauit deo patri in ara crucis. Stant ergo simul ꝙ sint pignus precium ⁊ sacrificiū. Non autem opus nostrū. Unde ad falsam hic suam redit imaginationem qua autumat sacrificium in proposito esse opus humanū de qua supra Ut autem uideatur qualiter omnia optime quadrent Considerandum ꝙ offerens hanc salutarem hostiā in altari. Alio respectu recipit sacramentum/alio offert Recipit sacramentū ut priuata persona/in fide cum fiducia diuine gratificationis ⁊ remissionis peccatorum Et hoc modo sibi est pignus salutis ⁊ signum diuine placationis in quo ꝓmissionem recipit remissionis peccatorū ⁊ eterne hereditatis Et illo respectu non offert. Unde ⁊ charitas dei erga eum non obscuratur/certitudo cordis non labefactatur/ securitas fiducie non ꝓscribitur/nec pro charitate dei suspicat̃ iram pro sua persona/nec ꝓ fide sua producit opera Nec pro certitudine trepidat/ nec pro securitate confusionē statuit Quia aūt minister est ecclesie Christi spōse que hoc sacramentū pro charitatis pignore ⁊ pro sacrificio accepit. Offerendo in persona ecclesie representat ⁊ recordat̃ oblationem Christi in cruce ⁊ eū deo patri sistit in laudem ⁊ gratiarū actionem sicut olim fiebat in hostijs pacificis Nihilominus pro membris suis infirmis ⁊ peccatis infectis offert eum deo patri ut hostiā pro peccatis. Et in recognitionem sue ardentissime charitatis qua eam dilexit ⁊ qua ipsa pre amore in eum deficit ⁊ hoc in membris ꝑfectis offert eum in holocaustū totaliter igne charitatis crematum. Unde quicqd minister ecclesie facit/nomine spōse facit. Et ipsa spōsa offerendo beneficiorum sui spōsi meminit. ⁊ gratitudine qua potest recognoscit Petitq3 a patre ut omnibus ⁊ singulis suis ꝓficiat membris. Claret ex hijs optima quadratura oblationū ecclesie sub ueteri testamento ⁊ unice oblationis eiusdē ecclesie sub nouo per omnes alias figurate. Elucetque sub hoc intellectu copiosior fructuum eucharistie exuberantia Simulq3 perspicue cernitur quam insulsa sunt et inuoluta omnia autoris dicta.

Autor Septimo.

Quod nobis datur. Qui pro nobis effundetur in remissionē peccatorum. Hic signatur res ipsa promissa que est remissio peccatoꝝ O dulcis et potēs ꝓmissio: sed simul impatiētissima sacrificij. Ideo

eũ daẽ corpus ⁊ sanguis ut nos salui simus remissis omnibus peccatis. Ecce hec sunt illa bona que tibi exhibenẽ in eucharistia. Quid est remissio peccatorũ nisi gratia. salus/hereditas/uita/pax/gloria eterna in ipso deo. Et tu insane ⁊ impie papista tuo sacrificio alium tibi fingis deũ in eucharistia. Nonne iam dudum uides omnes sacrifices idolatras esse ⁊ toties idolatriam pficere quoties sacrificãt Non enim uere deum cogitant: sed idolum sui cordis formant cogitantes ⁊ credentes esse hic deum aliquem iratum ⁊ placandum qui plane in eucharistia nec est nec esse potest. Contra hoc dicit qui pro uobis effundeẽ. Et quod pro uobis datur Et infra. Ex quibus nunc euidenter sequiẽ Eucharistiam seu missam prorsus nulli alteri posse applicari ⁊ cõmunicari. Quid enim ad me ꝙ usus uniuersi orbis papisticialiter sentit ⁊ facere presumit. Nunquid fidem dei illi euacuabunt. Aut ignoramus predictum esse totum orbem seductum iri in erroribus antichristi qui est papa Uerba enim dei ut uides in promissionibus fidẽ exigunt. At fides in ꝓmissionẽ sua cuiq; seorsum est nulli potens applicari aut cõmunicari. Stat enim sentẽtia: Qui non credit condemnabitur. Et sequitur. Hic reuelatur fundamentum orbis terrarũ. Apparet enim super quod fundamentum episcopatus/collegia/monasteria/templa/sacella/altaria/⁊ uniuersum regnum hoc sacerdotale papistice ecclesie sit edificatum. Nõne omnia super missarum sacrificia sunt edificata hoc est super idolatriã pessimam omnium. super mendacia impurissima Super abusum eucharistie peruersissimũ/Super infidelitatem plusꝙ gentilem. Sequiẽ/ Habẽt tñ quo sese aduersus hec cõsolenẽ ⁊ securos faciãt. Nempe ꝙ eis incredibile sit unũ Lutherũ recta sapere sese uero oẽs errare/ sicut Sedechias Micheã pcutiẽs. Dignissimũ plane argumẽtũ papisticis quod a multitudine trahiẽ aduersus clarissimũ dei uerbũ.

Replicator.

Promissio saluatoris est futura traditio corporis ⁊ effusio sanguinis in remissionem peccatorũ. Ait enim: Hoc est corpus meum quod ꝓ uobis tradetur: Hic est sanguis meus qui ꝓ uobis effundetur. Traditio autẽ illa et effusio p immolationẽ Christi in ara crucis facta est. Uide nunc cui opinioni melius quadret. Ex uerbis nãq; saluatoris nõ habetur ꝙ in cena datur peccatorũ remissio: sed ꝓmittitur per oblationẽ ⁊ effusionẽ sanguinis in ara crucis Ad quã ⁊ recolendam ⁊ representandã in altari est offerenda. Proinde que est illa idolatria que p offerẽtes cõmittiẽ. Quis alius a deo uero ibi

colitur. Nonne omnes fideles siue sumētes siue offerentes ibi Christum Jesum uerum deum ꝛ uerum hominem colunt ꝛ adorāt. Est talis adoratio idolatria. Cum uera fide ibi esse credunt. promissis eius spe firma inherent. Charitatis complectuntur brachijs quibꝰ tribus donis in spiritu ꝛ ueritate colitur deus. Quod ergo ibi idolū an calumnijs ꝛ uerborum insanijs de nobis triūphare ꝛ nos obruere uolunt Nonne hoc est calumniandi occasionem querere ubi nulla est contra fidem ꝛ charitatem Dicis. credit eū ibi iratū esse qui est placatus Ergo deus iratus alius est a deo placato Non potest idē deus esse iratus ꝛ placatus diuersis respectibus ꝛ ad diuersas personas relatus Non potest idem et timeri et amari. Breuiter totus ille passus et processus superciliosus per ea que supradicta sunt est explosus. Dictum est em̄ ꝙ sacerdos sacrificans non offert ut ꝑsona priuata. Sumit aūt sacramentū ut persona priuata siue sibijpsi porrigat siue sibi ab altero porrigatur/utroqꝫ em̄ mō accipit a Christo ut datore primario. Nec est hic simile de hoc sacramēto et alijs in suscipiendo quia nō simile in subsistēdo. Hic nempe Christus presentissimus est ꝑsonaliter sacramenti institutor qui se donat ut sit donator et donū. Jn alijs non sic. Sicqꝫ sacerdos inquantū sumit ut priuata ꝑsona accipit ut signū diuine ꝓmissionis certum. De corporis datione et sanguinis effusione pro suis peccatis expiādis. Et hunc effectū fide consequit̄ sicut processus pretendit. Quia autem est minister ecclesie(que pro omnibus et filijs et membris solicita sponso suo et capite hoc munus accepit ut in sui recordationem et immolationis in cruce facte representationē ipsum pr̄i offerat in ueritate pro illis effectibus ꝓ quibus ab ipsa eadē ante passionem offerebat̄ in figura utpote ꝓ peccatis Jn holocaustū et in hostiā pacificoꝝ ſm diuersa sua que habet membra ꝛ uariā ꝓlem) debet ꝛ ipse in eius ꝑsona prefatis modis eum offerre in gratiarūactionē ꝓ iustis ꝛ beneficijs ab eo perceptis. Et in placationē ꝓ peccatoribus. Que omnia in fide agunt̄ ꝛ in Christi oblati recordationē ꝛ representationem. omniaqꝫ diuinis fulciunt̄ ꝓmissis ꝛ cuncta inter se ꝛ ad diuinū institutum quadrant optime. Bene ergo eccl'ia cogitat ipsum deū contra multos filios ꝓbabiliter iratū quē illo placabilissimo sacrificio nō ambigit recōciliandū. Nū aduersarij cōtra diuinā indignant̄ libertatē q̄ nobis sacramentū hoc ad duplicē predictū cōtulit effectū. priuatū uidelicet ꝛ publicū fructū/aut fraterne inuidēt charitati qua uirtutē illius sentiūt qui etiā actu non cōmunicant: mō mēbra sint

ecclesie ut sic pro eis placabilẽ ꝛ deo patri placentẽ offerat hostiam. Quid enĩ falsa sua imaginatione ꝛ opinione Opinionisq; pertinaci defensione facere satagunt aliud ꝙ benignissimã ꝛ liberalissimã dei manũ ne pluribus modis nobis sua proueniant ꝛ ꝑficiant munera precludere. cũ ad totũ Euangeliorũ ꝛ diuine scripture codicem nulla (nisi que false aut fingitur aut somniat̃) sit repugnãtia. Nam ibi duplex concurrit fides. uidelicet persone priuate offerentis que alteri in sacramenti susceptione communicari non potest Et ecclesie que omnibus membris in ratione sacrificij potest communicari.

Igitur in reuelatione fundamẽti orbis terrarũ non apparet nisi error in recognitione diuini bñficij Et impietas in restrictione liberalitatis diuine Et calumnia in temerario iudicio ꝛ cõdemnatiõe non unius uel paucorũ: sed orbis terrarũ Quod enĩ grauius crimẽ impingi posset ecclesie ꝙ ꝙ ultra mille annos infecta fuerit ꝛ sit idolatria omniũ pessima. Mẽdacijs impurissimis. Infidelitate plusꝙ gentili ꝛ abusu eucharistie peruersissimo. Nempe cũ usus ille eucharistie semꝑ ꝛ uniuersaliter in ecclesia sit celebratus sine reprobatiõe ꝛ contrarij ostẽsione presumptio omniũ maxima est illũ tanꝙ infidelem ꝛ hereticũ pessundare. Semper inquam cũ adhuc aduersarij erant in lũbis forte nimbrot aut alterius eorũ patriarche. Ubi nã tũc erat eccl'ia: Facit aũt prescriptionẽ certissimã ille antiqssim⁹ uniuersalis eccl'ie (preter ꝙ alia ostẽdi nõ põt) usus ꝗ prescriptio in certissimis diuine presentie ꝑpetuo sibi affuture fundat̃ ꝓmissis. Hec ꝑfecto prescriptio certificare utiq; ꝛ qetare queq; deberet fidelẽ soliditate tanta ut (si totus mũdus cũ omnibus demonibus dogmatizaret repugnans Adductis ex scripturis sanctis dogmatibus Appositis ꝛ miraculis) nõ mutaret certissime sciens ꝙ scriptura diuina in contrariã partẽ coacta ad falsum detorquet̃ intellectũ que erroribus patrociniũ p̃stare nescit Et oĩa miracula ꝛ signa ad hoc aduecta falsa sunt ꝛ fallacia Bene de nostro euo. Mosi uerificatur uerbũ. Tentat uos dominus deus uester ut palam fiat utrum diligatis eum an non in toto corde ꝛ in tota anima uestra. Deut. 13

Autor Octauo.

Nouũ testamentũ. Ecce testamentum ipsemet uocat eucharistiam quo quid pugnantius esse potest sacrificio. Si Parrhisieñ. Sodoma ꝛ Louaniensis Gomorra ꝛ uniuersa Babilon pape suum Aristotelẽ didicissent agerẽ cum eis ꝑ diffinitionis locũ Si quo modo possent tam crassa capita aliquãdo uidere. Quid differret sacrificiũ

et testamentum. Sed quia sola multitudine rasorum sua stabiliunt Nec diuinam nec / humanam auctoritatem spectantes dimittamus asinos mutuo suis ruditibus plaudere / Et nostra prosequamur. Testamentum hoc differt a promissione ꝙ testamentum est morituri promissio uiuentis. Est igitur testamentum nuncupatio morituri qua disponit suam hereditatem certis heredibus. Quattuor ergo integrant testamentũ. Testator / uerbũ uel codex nũcupationis ꝛ ꝓmissionis hereditas. Et heredes / que in hoc testamento uideamus. Testator Christus est moriturus. Verba testamenti sunt que nunc uerba consecrationis uocant. Hereditas est remissio peccatorum in testamẽto promissa / Heredes sunt omnes qui credũt. Nempe sancti ꝛ electi filij dei. Tu nunc ipse lector uide impietatem sacrificũ istorum qui e testamento sacrificium fecere. Deus testatur ꝛ largitur at illi offerunt ꝛ sacrificant. Quid ergo faciunt primũ negant testamẽtum esse ꝛ cogunt deum mentiri aut insanire dum testamentum ipse uocat. Asseruisse enim sacrificium est negasse testamentum cum impossibile sit Idem sacrificiũ ꝛ testamentũ esse cũ illud demus hoc accipiamus hoc ad deũ / illud a deo ueniat Illud per nos / hoc sine nobis fiat. Secundo ꝛ testatorem Christũ negant esse. Quomodo enĩ testatorem agnoscerent cuius testamentum negant. Tertio ꝛ hereditatem negant. Non enim querũt gratuitam remissionem eam quã Christus dato corpore ꝛ sanguine fuso nobis parauit: sed ꝓpriam ꝛ nouã sub sacrificio impetrare laborãt. Insuper unus est furor omnium preparatorijs oratiõibus / Cõfessionibus preuijs sic sese mũdos ꝛ sanctos reddere ut eucharistiam digni accipiant / ne sit aliqd
Heb. 6. ibi quod remitti debeat: sed omnino spectabiles in mundicia sua cõpareant. Et sanguinem Christi in remissionem peccatorũ fusum rideant Et sic mundi accedunt quo nõ debent accedere nisi qui remissione peccatorum egent. Quarto negant ꝛ heredes. Heredes enim eos solos esse dicimus qui credunt huic testamento Ipsi uero sacrificantes faciunt capaces ꝛ heredes Eos enim adducũt qui operibus suis ꝛ sacrificio nituntur scilicet tam inquietas pauidas ꝛ confusas conscientias ut non solum non credant: sed ne hoc quidẽ sciant an credendum sit. ignorant enim esse ꝓmissionem ꝛ testamentũ quod fidem exigat: sed sacrificium esse opinantur quod opera requirat.

Replicator.

Quia autor magnum festum de hoc uerbo. Nouum testamentũ celebrat cum uerborum imperitorum inuolutione ꝛ obprobriorũ

(secundum morem sibi usitatissimum) inculcatione. Solertius: no
uum testamentum quid sit. Indagare necesse est. Est autem testamen
tum scriptura uel uerba quibus intelligi dantur bona que testator
legat. Secundum hoc testamentum nouum sunt uerba domini Ihe
su p Euãgelistas ut ipsius notarios fideles et ueraces descripta bo
norum spiritualiũ promissiones cõtinentia uel explicantia. Ex quo
infertur ꝙ omnes promissiones sacre scripture spiritualium bono
rum in utroq; testamento exarate ad nouum spectant testamentum
Et oẽs prophete eas denũciantes / notarij fuerunt et Euangeliste. Heb. 13
quo ad hoc ipsius Christi qui hodie ⁊ heri ipse ⁊ in secula. Nam te Actu. 10.
ste Petro huic omnes prophete testimonium perhibent differentes
ab Euagelistis noui testamenti per hoc ꝙ illi denunciauerunt futu-
rum isti denunciãt factum. Cum aũt Christus testator in cruce testa Hebre. 9
mentum suum confirmauerit in ea moriẽdo ꝓbabile uidet̃ ꝙ uerba
que in cruce protulit omnem sui testamenti contineant uim. Protu
lit autem uerba septem / Euangelistis testibus. Unde primo uerbo
tanꝙ̃ prima sui testamenti clausula legauit peccatoribus peccatorũ Hebre. 5
remissionem cũ clamore ualido ⁊ lachrimis clamans: Pater / igno- Luce. 23.
sce illis / non enim sciunt quid faciunt. Et utiq; exauditus est ꝓ sua Joan. 11
reuerentia. Unde in Joanne dicit̃: Jesus eleuatis sursum oculis dixit:
Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam ꝙ
semper me audis. Secundo articulo post remissionẽ peccatorũ lega Luce. 23
uit paradisum Et hoc in ꝑsona dextri latronis. Fidelis sermo ⁊ om
ni acceptione dignus quia Christus Jhesus uenit in hunc mũdum
peccatores saluos facere quorũ primus ego sum ait apostolus. In 1 Thi. 1.
hoc enim latrone omnes electi sunt designati qui in primo parente
sunt latrocinati dicẽte apost. p unũ hominẽ in hunc mõm intrauit Rom. 5.
peccatũ ⁊ p pctũm mors / ⁊ ita in oẽs hoĩes mors pertrãsijt in quo
oẽs peccauerunt. Per paradisum autem intelligitur beatitudo. Nã
latro discedens descendit post Christum ad limbũ sanctorũ patrũ /
quo Christus expirans descenderat de cruce ut in apostolico dicitur
Simbolo: Descendit ad inferna. Uidit tamẽ ibi diuinã essentiam
que ipsum beatificabat ⁊ paradisianis delitijs reficiebat. Tercio pũ
cto legauit charissimã matrem suam naturalem in matrem adopti-
uam Joanni. In quo Joanne iterato intelligunt̃ electi. prius per la
tronem inquantũ peccatores Modo per Joãnem inquantũ gra-
tiam cõsecuti. Interpretatur enim in quo gratia Et uice uersa Joã-
nem tanꝙ̃ adoptiuũ filium sue matri. Sic enim Christus naturalis

Rom. 8. dei patris filius fratres habere uoluit p spiritum adoptionis filio-
Heb. 2. rum dei/in quo clamamus abba pater ꝓpter quam causam non cō-
Psal. 21. funditur fratres eos uocare dicens: Nunciabo nomen tuum fratri-
bus meis. Sic uoluit matrem suam habere filios adoptiuos. Unde
per hunc punctum in testamento suo legauit nobis preciosissimum
thesaurum quem post seipsum habebat. Illa enim uirgo sanctissi-
ma deo patri post suum filium charissima est super omnes angelos
ꝛ homines / in quam summam gratie ꝛ glorie plenitudinem pu-
re create persone conuenientem transfudit. hanc talem ac tantam no
bis matrem in esse spirituali dedit ut ꝛ hoc dictum dei patris uerifi
Gen. 2. cari possit ad filium ꝛ spiritumsanctum loquentis: Non est bonū
1 Cor. 15 esse hominem(scdm Adam de celo celestem)solū/faciamus ei adiu-
torium simile sibi Non Euam: sed auē ut sit mater omnium uiuen-
Gene. 3. tium uita gratie Sicut illa prima Eua mater omniū uiuentium uita
nature Sincera ergo ꝛ ardenti deuotione omnes fideles eā uenera-
ri tenentur. Hec enim est uolūtas dei patris ꝛ dilecti filij sui quam
spiritussanctus exequitꝰ fidelium corda excitās ꝛ inflāmans in eius
laudem ꝛ suffragij implorationē ut ipsa maternū circa nos cōpleat
officiū cuius est ꝓ prole solicitam esse/ꝛ bona eis ꝓcurare. Unde qui
nulla ad eam afficitur deuotione timere habebit ne forte non sit de
filiorum suorum numero. Hic punctus testamēti p saluatorem est
Joan. 19 expressus dum ait: Mulier ecce filius tuus/Deinde ad discipulum:
Mat. 27 Ecce mater tua. Et p notarium Joannē exceptus. Quartus articu-
Mar. 15 lus per quartum uerbum Christi expressus ꝛ per duos tabelliones
adnotatus est Cum Jesus circa horam nonā clamauit uoce magna
dicens eli eli lamasabathani: Hoc est deus meus deus meus cur de
seruisti me: Hic sonat diuini subsidij negationem: Sed ingentem ꝛ
Roma. 8 stupendam intelligere dat affirmationem. Ex immensa enim erga
Joan. 3. nos charitate deus pater proprio filio suo non pepercit: sed pro no
bis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam omnia cum il-
lo nobis donauit. Unde ipse filius ait: Sic deus dilexit mundum/
ut filium suum unigenitum daret Dedit autem ꝛ tradidit eum tanta
liberalitate ꝙ pene in passiōe sua ipsum a se alienauit ut filius sca pa
tre clamet derelictum. Quid ergo illa notat derelictio nisi nostram p
petuam ad deū patrem unionem Dat ergo intelligere eternā in bea
titudine securitatem. Bonus ꝛ precellens articulus Quintus. quin
Joan. 19 tum cōplectitꝰ uerbum. a Joan. exceptū Sitio. uerbū pōderosissimū.
Sitiebat quidem dominus Jesus corporaliter de qua et psalmista

ait: In siti mea potauerunt me aceto. Sed sicut ante passionem aliū Psal. 68.
a cōmuni esu cibū esuriebat sicut ad discipulos ait: Ego cibū habeo Joan. 4.
mādūcare quem uos nescitis. Quem edere uolebat cum in ficulnea Mat. 21
fructū esuriens querebat Sic alium potū sitiebat/ non ꝓ se solo ca- Mar. 11
pite: sed ⁊ ꝓ omnibus suis mēbris ab illo fonte aridis. hic fons ple
nitudo glorie. Est enim ille fluuius igneus ⁊ rapidus qui egreditur Dan. 7.
a facie sedentis in trono/ fluuius aque uiue splendidus tanq̄ cristal Apo. 22.
lum. Plenissimam designās beatorum sacietatem/ hunc sitiebat no
bis omnibus suis membris arentibus a patre ⁊ in hac quoq; siti ⁊
clamore exauditus est a patre ꝓ sua reuerentia. In illa ergo certissi-
ma sui desiderij exauditione ꝓ nobis a patre legauit nobis in eterna
beatitudine omnem beatitudinis plenitudinem ⁊ omniū desiderio-
rū sacietatē. O felix in testamēto Christi articulus. Sextus ꝓinde ꝑ
sextum uerbū adnotatus: Consummatum est. Opulentissimum no-
bis adfert gaudium. Signat enim plenam omnium nostrarum mi Joan. 19
seriarum ⁊ pene ⁊ culpe in uictoria Christi absumptionem. Absor- 1 Cor. 15
pta enim est mors in uictoria. Plenum contra hostes triumphum
plenam omnium gratiarum adeptionem/ plenam omnium nostre
salutis ⁊ saluationis figurarum completionem/ plenam omniū cha
rismatum ⁊ donorum ex capite in membra diffusionē/ plenam om-
nium laborum ⁊ dolorum cunctorum electorum in capite consum-
mationem. Plenam deniq; omnium obstaculorum celi ingressum
prohibentium dimotionem Nihil superest nisi ut septima clausula
concludatur ⁊ consummetur desideratissimum testamentum. Et te-
stator dicat ⁊ pro se ⁊ pro omnibus suis membris uoce magna cla
mans: Pater/ in manus tuas commendo spiritum meum. Qua uo Luce. 23.
ce emittens spiritum consummauit testamentum quod in morte te-
statoris robur accipit ⁊ confirmatur. Claret ex hoc q̄ nullo impedi Hebre. 9
mento ex parte fidelis membri Christi existente in eius exspiratione
ilico spiritus in manus dei recipitur ad eternam gloriam sicut pater
filium post expirationem in suam recepit gloriam In cuius signum
aperiri lancea latus uoluit Apertam celi portam demonstrando Ec
ce testamentum domini Jhesu nostri saluatoris omnia diuina pro
missa in utroque instrumento per fideles notarios ⁊ tabelliones ex
cepta complectens ut nullum reperiri possit quod non horum com
prehendatur uirtute. ¶ Accedamus nunc ad doctri
nam autoris ⁊ quadraturam eius ad diuinā scripturam uideamus
Primū ex uerbo nouum testamentum, quo. S. Lucas ⁊ Paulus

utuntur in recto. concludere nititur non posse esse sacrificium. quia testamentum/cum copiosa uerborum ingeminatione. Quo q̄ nihil efficiat. Claret primo ex hoc q̄ hoc uerbū non ad corpus: sed ad sanguinem ponitur ut figure alludat ueteris testamēti/ quod sanguine
Exo. 24. confirmabat̄ dicente Mose/aspergēdo cum sanguine populum. hic
Heb. 9. est sanguis federis (uel ut Paulus ait: testamenti) quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus hijs/ubi testamēti uerbum in genitiuo ponitur sicut ꝛ ab alijs duobus Euangelistis narratur: Hic est calix noui testamenti Omnes autem in hoc concordant q̄ nomen testamenti ad solū sanguinē ponunt. Si ergo ex hoc uerbo argumentum sumitur sequitur q̄ solus sanguis est nouum testamentum quod recipitur ꝛ nihilominus corpus in altari offerri potest sicut in ara crucis est immolatū. Preterea ipse autor met supra dixit sacramentū esse pignus ꝛ sigillū testamenti ꝛ promissiōis diuine. Modo dicit ipsum esse met promissionē ꝛ testamentū. Quā liberam habet nugandi licentiam. Ceterum sanguis nō continet in se fructus effectus ꝛ hereditatem in testamento exarata ergo non est testamentū. Igit̄ cū in aliquibus locis sanguis dicitur testamentum intelligitur quia signū confirmatiuū testamenti est sicuti urina dicit̄ sana quia signum sanitatis uel eo modo quo charta cum sigillo dicitur testamentum. Unde ꝛ illud falsum est q̄ uerba testamenti sunt que nunc uerba consecrationis uocant. Cū uerba testamenti continere ꝛ explicare omnia bona a testatore heredibus relicta debeāt. Ex quibus omnibus falsitas sui principalis fundamenti patet ꝛ ꝑ consequens omniū que superedificat ꝛ ex illo extrahit quia somnia sui capitis sunt. Concluditur autem euidētius ex hijs oppositum. Cum enim dominus Jhesus in ara crucis seipsum deo patri obtulit/In qua testamentū suum expressit quod ꝛ morte subsequenti cōfirmauit. Et ipse sacramentum hoc in illorum nobis instituerit ꝛ reliquerit memoriam frequentandū, Cum duplex in illis opus perfecerit/ quia ꝛ seipsum immolauit ꝛ in ipsa immolatiōe testamētum nobis dedit quod sanguine dedicauit duplicem in hoc sacramento celebrare debemus memoriā/ unā qua se ex maxima charitate ꝓ nobis immolauit Aliam qua suum hoc nobis donauit testamentum. Unde ex institutione diuina ꝑ celebratione ꝛ representatione sue immolationis sacrificam⁹ eū in altari in ꝑsona eccl'ie. Pro memoria aūt sui desideratissimi testamēti sumimus eum in sacramento eucharistie.

Cum autem saluator noster benedictus instituēdo hoc sacramen

tum nullum alium expresserit in illius perceptione fructũ. Nec apostolus Paulus nisi ut fiat in memoriam sue exuberantissime charitatis. Sequitur ꝙ ex Euangelio non habetur ꝙ recipiens sacramẽtum consequatꝛ remissionem peccatorũ. Remissio enim peccatorum ibi posita coniungitꝛ future effusioni sanguinis non ipsi susceptioni sacramenti. Sic enim ait: Hic est sanguis qui est noui testamenti q̃ ꝓ uobis ⁊ ꝓ multis effundetꝛ in remissionem peccatorum/ hoc facite in mei recordationẽ. Sequitꝛ ex hoc ꝙ deuota ꝓ humano modulo ad sacramẽti susceptionẽ(sine fiducia iustitie ⁊ dignitatis ibi fundande) preparatio cũ ex fide ⁊ reuerẽtia ad Christũ ꝓcedat non est furor uel opus ridendũ nisi insanis capitibus. omnia in pessimam partẽ interpretãtibus. Que autor. In confutationẽ eorum que pro sacrificio traduntur substituit uidelicet ꝙ uetus testamentũ per angelos dispositum non patitur sese sacrificiũ dici cum sit uerbũ legis confirmatum quidẽ p̲ sacrificia pecudũ: sed non oblatum multo minus nouum testamentũ sacrificiũ esse potest. Et ꝙ eleuatio nõ est ex instituto Christi/ ⁊ ꝙ Christus non in templo sed in cenaculo non super altari: sed super mẽsam eucharistiam instituit ⁊ perfecit. Et ꝙ sacerdos ⁊ populus nihil differunt in eucharistia percipiẽda/ ergo si populus uel infirmi suscipientes non sacrificant que demẽtia est sacerdotis eucharistiam sacrificiũ facere. Hec inquam omnia per ea que in sup̲ioribus dicta sunt sufficiẽter sunt cõfutata. Nam declaratum est ꝙ sacramentum non est testamentum/ et ea que Christus in cena gessit ceremonialia sunt que suo operi tunc perficiẽdo ante passionem suã ⁊ pro legis impletione ⁊ pro sua hora bene quadrabãt quorũm nullum posteris tradidit obligatorie obseruandum. Sed ad hec ⁊ omnia alia disponenda promisit in eadem cena se spiritum sanctũ missurum qui cuncta doceret/ ordinaret/ disponeret ⁊ cõstitueret tanq̃ principalis ecclesie patronus ⁊ gubernator. Quod ⁊ factum est. quod subditꝛ ꝙ sacerdos ⁊ populus non differunt in eucharistia percipienda uerũ est quia sacerdos suscipit sacramentũ in fide sua ut priuata persona. Uerum illatio est nulla Ergo sicut populus non sacrificat sic nec sacerdos: Si ad populum aspicis ut ecclesia est particularis Et ps ecclesie uniuersalis. Dicendũ ꝙ populus per sacerdotem sacrificat. Dictũ est enim ꝙ sacerdos in offerendo est minister ecclesie ⁊ sic ut minister hec sibi conuenit administratio que offerendo fit/ ad quam popularis non est uocatus.

De Canone Autor.

Triumphabimus cum negare non possint Euangelio cedere debere quicquid non est Euangelium. Quare hic uicimus ꝛ dicimus. Cede Canon Euangelio ꝛ da locum spirituisancto. cum sis uerbum humanum. Et infra. Domine Canon uos estis inuitati ad nuptias ꝛ sedistis primo loco: Sed ecce honoratior est inuitatus. Jmo dñs ipse inuitator adest/ date ergo huic locum/ ꝛ sedeatis nouissimo loco cū rubore/ cur non in eo sedistis ab initio/ quia uos aperte contra Euangeliū sonatis/ Jdeo uos damnamus ꝛ contēnimus auctoritate diuina Euangelij. Secundo. Obijcient sanctos qui et hoc Canone usi sunt ꝛ missam ꝓ sacrificio habuerūt ut Gregorius/ Bernhardus/ Bonauētura ꝛ alij. Hic respōdeo. Nihil esse sub celo periculosius gestis sanctorum testimonio scripturarum nō roboratis. Cum enim constet iustum septies cadere ꝛ sanctos uarie peccare/ q̄s nos certos faciet hoc non esse peccatū ut quod sine scripture testimonio gesserūt. Jmo tutius est hoc inter peccata sanctorum numerare/ quod sine auctoritate scripture gesserūt quā pro exemplo bono imitari: sed ut in hijs peccatis et erroribus seruentur sancti ꝛ pereāt impij duplex est causa. Prior ꝙ sancti habēt fidem Christi qua absorpti ꝛ si multa faciant ignorantes que impijs essent ad mortem semper resurgunt ꝛ seruantur imo nunq̄ cadunt in malum. Posterior ꝙ sctī hac fide eruditi prorsus in sola misericordia nitunť nulla sua opa estimantes/ quin oīa inutilia ꝛ peccata esse ex animo cōfitenť ꝑpetua humilitate. Ex quibus clarū est sanctos errare aliquādo etiā in pietate ꝛ ueritate fidei quod est eos non dum esse ꝑfectos/ ꝛ tamē ob ceptam ꝛ crescentem fidem non perire. Si enim sancti nō errarēt in fide pietate ꝛ cōscientia ueritatis cur Apostolus Petrus doceret crescere in fide ꝛ cognitione Christi. Et Paulus crescere in Christū ne sicut pueri circūferamur omni uēto doctrine. At quod fidei deest error ꝛ impietatis reliquum est. Et infra. Jta ꝛ hic in sacrificio misse contigit illis ꝛ adhuc absq̧ dubio bonis ꝛ electis uiris contingit ut simplici cordis fide celebrent arbitrantes pio errore sacrificium esse. Uerum quia non in sacrificium hoc confidunt. Jmo pro inutili ꝛ peccati opere habent quod ipsi faciunt pura ꝛ sola misericordia nixi seruantur ne pereant. Tales autem fuisse sanctos quales dixi illud Bernhardi mihi ꝑsuadet/ dū pusillanimē fratrē cogit celebrare dicens. Uade frater celebra in fide mea/ q̄ cū sic faceret liberatus est. Cognito itaq̧ errore iam nō licet denuo errare ꝛ missam ꝓ sacri

ficio habere hoc enim esset in totam fidem ꝛ contra conscientiã pec-
care. De isto errore sctõrum ꝛ pniciosꝰ exẽplo coꝝ dicit Chrũs/da-
bunt signa ꝛ prodigia ut in errorẽ ducant si fieri potest etiã electos. Mat. 24
Tertio/obijciunt siluam illam exemplorum in quibus multi spi
ritus etiam bonis ꝛ sanctis uiris apparuere petentes missarum sa-
crificia ꝑ sui redemptione. Hic mihi libere loquendum est/Dubiũ
non est quin totum sit sathane negocium quicquid uspiã est spiritu
um apparentium tumultuantiũ/querulantium/anhelantes in hoc/
ut eucharistiã euacuaret ꝛ de terra aboleret et in ludibrium suũ uer-
teret. Probabo non esse animas mortuorum que uel saluandas uel
damnãdas sese confitentur. Primũ ꝙ huius rei prorsus nullũ ha-
bet exemplum diuina scriptura sine cuius auctoritate q̃cquid fit su-
spectum esse debet siue per homines siue per angelos fiat. Verbũ eĩ
suum uult deus nobis esse lucernam in loco isto squalido. Et infra
Quis nos certos facit Gregoriũ cum suis in dialogo nõ fuisse hic
falsum. Tutius itaqꝫ fuerit totum purgatorium negare q̃ Grego-
rio hoc loco credere ꝙ hic sit periculũ erroris illic nullum periculũ.
Proinde cum fiducia hos tres testes opponamus spiritibus il-
lis fallacibus. Primum Mosen dicentem. Cum intraueris terram Deut. 18
quam dominus deus tuus dabit tibi non disces facere abhomina-
tiones gentium istarum. Non inuenietur in te qui lustret filium
aut filiam per ignem Ariolus/somniator/augur/magus/Malefi-
cus/phitonicus/diuinus ꝛ qui consulat mortuos/quia abhomina
tio est dñi faciens hec. Et ꝓpter abhominationes istas delebit eos
dominus deus tuus ante faciem tuam.
Repetit hoc mandatũ Esaias 8. cap. dicens. Et si dixerint ad uos
querite a phitonibus ꝛ diuinis qui stridẽt incãtationibus suis/nõ
ne populus a deo suo queret pro uiuis ad mortuos ad legem ꝛ testi
monium. Quod si non dixerint iuxta uerbum hoc Non erit eis lux
matutina. Hic uides populum dei prorsus nihil debere querere
et discere nisi a deo suo. In lege ꝛ testimonijs eius Et insigniter da-
mnat uiuos q̃ mortuos cõsulunt. Et Christus hec omnia cõfirmat
Luce 16. inducens Abraham cum diuite Epulone loquentem. Nec
consentientem ut Lazarum mortuum ad uiuos docendos mittat:
sed remittit eos ad scripturas dicens: Habent Moysen ꝛ prophe-
tas audiãt illos. Proinde cum fiducia hos tres testes opponamus
spiritibus istis fallacibus nec moueamur infinita multitudine mis-
sarum/uigiliarũ/anniuersarioꝝ/prebendarũ/sacerdotioꝝ/altariũ
templorũ/super has apparitiones ꝛ responsa spirituũ fundata, hec

Ille inter multa alia fabulosa sua additamēta. tanq̄ principalia.

Replicator.

Hec profusius ex suis extracta sunt deliramentis ut lucidius clareat quam omnia imperitis inuoluat sermonibus Triumphat ante uictoriam quia per spiritum certificatus se habiturū mare ad peditandum ꝛ terram ad nauigandū. Sed spiritus probādus est. Porro si triumphare est conuiciorum stercora ꝛ calumniarū sordes in aduersantium ꝛ facies ꝛ uestes tanta cōgerere copia ut intolerabili olorum infectione deuicti cedere cogant. Ne ipsis enecentur stercoribus / gloriosa utiq̨ pompa triumphales aduersarij agūt currus. Neutiquam enim in literario congressu tam ingentem apparatum hijs instructum armis ullus uidit hominum. Unde non immerito omnibus formidabilis conspicitur / hijs potissimū qui secundū sal-
Math. 6 uatoris doctrinam / Unxerūt caput ꝛ faciem lauerunt ꝛ quorū uesti-
Ecclesi. 9. menta omni tempore sunt cādida. Videamus currus triumphales Una illius triumphi redditur causa quia aduersarij negare nō possunt Euangelio cedere debere quicquid nō est Euangeliū. Hoc uerbum alio in opello de constitutionibus ecclesiasticis ꝛ monasticis tractauimus. Ubi declaratum est Euangeliū non in litera cōsistere sed in spiritu ꝛ uirtute. teste saluatore. Verba que ego loquor spiri-
Joan. 6. tus ꝛ uita sunt. In quo spiritu uirtute ac uita omnia opera dei in nobis / oīa opa nostra in deo Et uniuersalit̄ omne bonū spirituale cōprehēditur ut nō sit dare quippiā ad dei gloriā ꝛ nostrā salutē spectans quod non in Euangelio id est sacra comprehendit̄ scriptura ut sic efficaci inferat̄ consequentia. Quicquid nō est in scripture diuine spiritu ꝛ uita cōprehensum / nullo pacto cū uero ꝛ bono conuenire possit: sed malum falsum erroneū ꝛ reprobum esse necesse sit. Est enim diuino decreto ex oppositis per diametrū assertio: Qui nō est mecū contra me est. ꝛ ecōtra: Qui non est contra me mecū est. Infertur ex hijs. Quicquid non est Euangelium / est cōtra Euangeliū. ut nulla assignari possit neutralitas Et tale utiq̨ cedere debet Euangelio. Contra Euangelium autem est quod est contra spiritum ꝛ uitam euangelij. Non quod est contra litere corticē in quo euāgelium non consistit. Per hoc superficiales ꝛ ceremoniales euangelij confutantur obseruatores. Confutantur ꝑinde ꝛ hij quibus cum precluse sunt effugij uie / dicunt. Ubi ponitur hoc in euangelio quasi Euāgelium omnia circa literam exprimat. Quibus bona respondet̄ quadratura. Ostende tu ubi sit contra euāgelium. Quod si non feceris

dicetur tibi: Qui non est contra me mecum est. His tamen preter-
missis. Accedendo ad propositum Si Euangelium alio q̄ eo quo
dictum est accipiunt modo uidelicet p̄ tota scriptura diuinitus reue
lata bona et presentia z futura p̄mittente z hoc nō secundum litere
corticem sed secūdum spiritum z uitam intellecta z interpretata fal
sa est assertio. Cedere debet Euangelio quicquid non est Euange-
lium. Porro si euangelium dicto intelligūt modo. falsa est substitu-
tio/ q̄ Canon aperte contra euangelium sonet. Ob quod peruerse z
inique damnatur. Quod autem non sit contra euangelium ex omni
bus supradictis liquet. Cum aliud non cōtineat q̄ sanctissimi sacra-
menti oblationem cum deuotis ecclesie precibus z ritibus p spiritū
sanctum sibi inspiratis. Unde domine Canon sedete z manete in lo
co uestro in quo ordinatione z iussu spiritussancti ultra mille qua-
dringētos sedistis annos. Non supra caput Jesu cū lucifero/ut uo
bis calumniose imponit: sed ad pedes cū eccl'ia sctā Christi sponsa.

Circa secūdam obiectionem de sanctorū gestis. dicimus eos imi
tari gloriosum sicut ipsi imitati sunt Christū/scd̄m q̄ Pau. Corin 1 Cor. 4.
thios hortatur dicens: Rogo uos imitatores mei estote sicut et ego
Christi. Jmitatos autem eos Christum in omnibus est arbitran-
dum ubi ubi per scripturas sanctas ꝯuinci non possunt egisse cōtra Mat 12.
rium/dicente saluatore: Aut facite arborem bonam z fructum eius
bonū. Aut facite arborem malam z fructū eius malum. Cuncta er-
go que non cōtra scripturam gesserunt auctoritate scripture fecerūt.
Quod in p̄posito clarissimum est. Unde sequitur. q̄ asserere eos in
hac materia errasse est impium. Uide consequenter quam catholica
tradatur doctrina ad excusandum sanctos in errore circa fidem pie
tatem z sciētiam ueritatis. Si enim (inquit autor) sancti non erra-
rent in fide pietate z scientia ueritatis. Cur apostolus Petrus doce-
ret crescere in fide z cognitione Christi. Et Paulus crescere in Chri-
stum/ne sicut pueri circumferamur omni uēto doctrine. At quod fi-
dei deest error z impietatis reliquum est/ Ex quo infertur q̄ nullus
in fide potest crescere nisi prius erret in fide/et q̄d est errare in fide
aliud q̄ heresim sape. Omis ergo impfecta fides est heresis aut in-
cludit heresim. Ergo omnis Christiani nominis p̄fessor/aut est in
heresi aut in fide perfectus Ergo imperfectum z perfectū sunt alteri
us rationis Jmo ex diametro opposita quia se habēt sicut error et
fides. Hoc enim est secundum autorem crescere in fide. ab errore di
scedere ut iam impfecta cognitio seu illustratio in credēdis non sit

imperfecta fides/in qua p maiorem cognitionem in illustrationem crescatur: sed error ꝛ impietas. Ex quo sequitur ꝙ sancti omnes fuerunt in errore non quocunqꝫ sed eo qui est heresis ꝛ impietas/idolatria/blasphemia/ꝛ tamē habuerunt fidem qua saluati sunt. Que ergo est illa fides qua saluati sunt. Forte quia ignorātes fuerunt blasphemi ꝛ idolatre Si ignorantia hec doctissimos illos ꝛ sanctos excusauit quomodo non omnes excusauit. Preterea cum in toto processu autor conatus sit clare ꝛ dilucide suū somnium ex sacra ꝓbare scriptura quo pacto ignorātia eorū que ex diuinoꝝ uoluminū textu tam clare habentur potest ꝛ potuit fideles signanter aliorum pastores ꝛ doctores excusare cum per ꝓphetam dominus dicit: Interroga sacerdotes legem Et per alium: Labia sacerdotis custodiunt sciētiam ꝛ legem ex ore eius requirūt quia angelus domini exercituum est. Si enim sal infatuatum fuerit in quo salietur Non disceptatur hic principaliter de operibus sed de fide circa articulum eucharistie ubi secundum autorem in sacrificando commissa est ꝛ committitur summa impietas/idolatria ꝛ infidelitas plusqꝫ gētilis. Ecce q̄ pia sanctorum excusatio. Mirum autem est ꝙ sancti sacrificium altaris ꝓ inutili ꝛ peccati opere habuerunt quia (ut dicit) in sacrificiū non sunt confisi. Ergo nihil potest haberi tanq̄ utile ꝛ meritorium nisi in illud ponatur fiducia. Et quid si in sacrificiū sint cōfisi quale peccatum commiserunt cum supra declaratum sit non esse opus humanum nisi pure ministerialiter. Esse autem opus Christi/quia suam immolationem qua se in ara crucis obtulit deo patri. Unde non est noua immolatio ut rursum crucifigamus filium dei: Sed solummodo illius immolationis representatio et recordatio An non in illā suam immolationem habere possumus fiduciam.

Aggei. 2.
Mala. 2.

Subnectit. Cognito itaque errore iam non licet denuo errare et missam pro sacrificio habere/hoc enim esset in totam fidem ꝛ cōtra conscientiam peccare. Habemus felici nostro euo nouum fidei articulum saltem quo ad explicitam credulitatem/qui a tempore apostolorum non fuit in obligatione quia tāta lucis claritas prisco defuit seculo. Mira superne illustrationis presumptio.

Ceterum que aut qualis fuit Sancti Bernardi fides in qua iussit fratrem pusillanimem celebrare: Fuit ne certus de sue fidei ueritate. Per te utiqꝫ non. Nullus enim certus esse potest ꝙ fides sit uera que est error/heresis/idolatria ꝛ summa impietas/ꝙ si non: Errauit ergo ipse in fide. Et super hac perfidia iussit fratrem celebrare.

Et per hoc ipsum quoqꝫ in perfidia ⁊ idolatria confirmauit.

Ad illum sanctorum errorem ⁊ perniciosum eorum exemplum al legat dictum saluatoris dabunt signa ⁊ prodigia ut in errorem du-cant si fieri potest etiam electos. Quo uerbo qd aliud facit q̄ q̄ om-nes sanctos interpretatur pseudoapostolos ⁊ pseudochristos de il-lis enim saluator loquitur ad literam dum ait. Tunc si quis uobis dixerit: Ecce hic est Christus aut illic nolite credere surgēt enim pseu dochristi ⁊ pseudoprophete ⁊ dabūt signa magna ⁊ prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Que ergo blasphe mia. ea que Christus contra iniquos seductores ⁊ peruersos docto res ac sathane prophetas locutus est applicare sanctis ⁊ pijssimis dei cultoribus: Circa tertiam de silua exemplorum in quibus mul-ti spiritus etiam bonis ⁊ sanctis uiris apparuere petētes missarum sacrificia. Primo uidendum est quibus refellantur scripture diuine auctoritatibus. Prima est Mosi dicētis. Non inueniaṫ in te q̄ phi tones cōsulat nec diuinos ⁊ querat a mortuis ueritatem. Sed quis non uideat eum de hijs superstitiosis loqui hominibus qui ab ario lis uel per somnia/auguria/maleficia/ incātationes/phitones diui nos aut mortuos querunt/siue futurorum aut occultorum cognitio nem Siue in agendis directionem. Cum clare annectat / ⁊ querat a mortuis ueritatem. At tales non fuerunt horum plerique quibus anime apparuerūt. De quibus B. Grego. in dialogo / ⁊ in multis alijs legitur historijs. Non enim illi animas aduocauerūt sicut phi tonissa conata est facere ad futurorum cognitionē. Nec ab ipsis re-uelationes quesierunt: sed ille diuina concessione ad uiuos uenerunt et pro suffragij imploratione necessitates suas exposuerunt.

Mat. 24

Deut. 18

1 Re. 28.

Secundus testis ad eundem loquiṫ sensum uidelicet Esaias Cum dixerint scilicet idolatre aut falsi prophete ad uos/querite a phitoni-bus ⁊ a diuinis. Nunquid non populus a deo suo requiret uisionē ꝓ uiuis ac mortuis. Ad legem magis ⁊ ad testimoniū. q̄si diceret. lex diuina de agendis est requirenda ⁊ consulenda non superstitiose instructiones a phitonibus ⁊ diuinis qui strident incātationibus suis expetende. Vn̄ (sicut et precedēs) non est ad ꝓpositū. Reqra-mus tertiū testē si forsitā ipse testimoniū ꝓferat ad ꝓpositū q̄drās Ipse est pater Abrahā cū epulone diuite loquens ⁊ Lazarū mortuū ad uiuos docendos mittere recusans: sed remittit eos ad scripturas dicēs: Habēt Mosen ⁊ ꝓphetas audiāt illos. Cōsonās Esaie ad le gem ⁊ testimoniū: sed q̄ nihil ad ꝓpositū q̄dret circūstātie indicāt.

Esaie. 8.

Diues ille epulo erat in inferno damnatorum quibus cum uiuentibus ꝛ fidelibus nihil est cōmune deinde nō petijt ꝑ se suffragium/ cuius non erat capax. Petitio sua proinde fuit irrationabilis. Voluit enim ut Lazarus fratres suos instrueret de dānati germani penis ꝛ eos premoneret ut legem dei seruarent ne ꝛ ipsi damnarentur Cui ex equo Abraham respondit. Habent Moysen ꝛ ꝓphetas per quos instruuntur de lege ꝛ testimonio dei si audire uolunt. Ecce testes producti ab autore discedunt Et ipse cū sua assertione relictus est solus/ut aūt sibi adminiculū prestem Assentior ꝙ conclusio uel assertio sua hec Omnes uidelicet apparitiones tales esse demonioꝝ necessaria consequentia ex suo sequit̄ principio. Si enim altaris sacrificium est idolatria/heresis/ꝑfidia. Certum est omnes apparitiones ꝑeius roboratione factas esse demonum illusiones. Sed cum principium probatum sit falsum falsa erit ꝛ sequela. Cum itaqꝫ apparitiones tales animarum solūmodo suffragia expetentiū nō sint contra fidem quia in nullum ducunt errorem uel perfidiam/nec cōtra christianam pietatem quia ad nullam impellūt crudelitatem cōtra fraternam charitatem/nec contra sacram scripturam quia nihil ponunt absurdum/nec contra diuine legis obseruantiam quia non persuadent peccata: sed misericordie opera. Consequens est/hijs adhibere fidem nō esse infidelitatis argumentū. Que et si efficaces ad sacrificium altaris ꝓbandum non aduehant suppetias/ persuasionem tamen non minimam pie ingerūt menti ad ueritatē illā catholicam firmius tenendam / nec absonū in se suffragij petendi opus. Quippe cū anime purgande nō dum sint in termino: sed aliquo mō in uia ꝛ ꝑ uiatores iuuari possint quia unius corpis membra ꝛ uno spiritu uiuētes una charitate cōiuncti ipseqꝫ suffragijs egeāt. Quid absurditatis est/Si deus benedict⁹ q̄ eas diligit ex sua misericordia eis indulget ut ad uiuentes accedant. Necessitates suas eis insinuēt et suffragia expetant. Hijs declaratis explosa sunt omnia que autor adducit. Nam ꝙ primo ait huius rei prorsus nullū haberi in diuina scriptura exemplū. Respondet̄ ad credulitatē hoc nō esse necessariū/Nam sufficit ꝙ a diuina scriptura nō discrepet cōtra cui⁹ auctoritatē quicq̄d fit abiectū esse dicit̄ siue per homies siue ꝑ angelos fiat. Vñ uerbū diuinū nobis ꝛ affirmatiue ꝛ negatiue lucet De Grego. nō req̄rit̄ certitudo. sit in dialogo falsus uel ne/quia non in ipso hec stabilitur ueritas. Quō subnectit̄ ꝙ deus sua signa nunq̄ sine uerbo operatur, Primum enim loquitur/deinde addit signa Et ut Mar-

eus ait: sermonem confirmat sequētibus signis: Sed quod est hoc uerbum? Quis sermo? Is utiq; qui est ad credendum necessarius ut apostolorum ꝛ ꝓphetarum predicatio ꝛ oracula qualis non hic asseritur quo ad animarum locutiones in quibus non fundatur hec fides. Unde animarū apparitiones nō sunt signa quibus astruatur ueritas catholica.

Cum ergo ex hijs omnibus probetur missas a domino Jhesu ad duos sanctos ꝛ salubres usus ordinatas uidelicet ad oblatiōis sue in cruce facte recordationem ꝛ representationem Et in signū sue maxime charitatis qua in nobis esse uult ut et nos in ipso simus / debemus scđm Euangelium fidem ꝛ charitatem sacramētum sanctissimum per sacerdotis ministerium deo/ Primū offerre in recordationem primi. Secūdo suscipere saltem deuota fide quo modo omnes fideles deuote missam audientes suscipiunt Que susceptio sacramentali prefertur susceptioni sine hac aut minori deuotione et fide. Nec circa hoc de ceremonialibus ꝛ circūstantijs alijs ac modo ꝛ forma q̄bus seruator noster in cena est usus. difficultas faciēda. hec Christo pro sua hora ꝛ agno paschali cōsummādo ac sue passionis preambulo conueniebant. ad que obseruanda ecclesiam non obligauit sed in spiritussancti dispositione ꝛ dispensatione reliquit.

Dissoluitur per hoc q̄ a nonnullis producitur contra supradicta ex ratione signi. utpote q̄ signa sacramentorum/ nec bona opera nec sacrificia sunt que pro remissione peccatorum impetranda offerantur: sed traduntur ad hoc ut admoneant ꝛ cor certificent de uoluntate dei. Nam talia ꝛ similia ex falso procedunt intellectu uidelicet/ q̄ ibi sit opus humanum ꝛ sacrificium uel actus sacrificādi alius ꝛ alius ab oblatione ꝛ opere Christi quo se pati obtulit in cruce Cū nihil sit nisi illius operis uel passionis ꝛ oblationis Christi representatio secluso puro sacerdotis ministerio. Unde sacramentum utiq; signum est diuinitus institutum admonens cor ꝛ certificans de uoluntate dei. Que est ut in utriusq; representationem ꝛ memoriam/ ꝛ offeratur ꝛ per modum communionis sumatur. Unde non est simile de hoc sacramento uel signo ꝛ alijs.

Hec de Sacramento ꝛ sacrificio inpresentiarū sufficiant.

Laus deo.

De Sacerdotio Noui testamenti.

Juxta hoc saxum (sacrificium uidelicet) aliud statueramus candide lector nostro iudicio in situ optimo. Jd est sacerdotium ecclesiasticum Superuenit qui e suis locis omnes dimouet lapides Et nō modo in alium transtulit locum uerum omnino quoque e medio tulit. Asserens nullis esse aptum usibus: Forte lapis ille est quem reprobauerunt edificantes qui factus est in caput anguli a domino. omnium illorū malis gratibus Et est mirabile in oculis nostris q͞ tot
Psal. 117 euo nostro in illum impingunt ꝛ eis est factus in lapidem offensio-
Mat. 21 nis ꝛ petram scandali. Videamus si nō ita sit in facto. Sacrificium
Rom. 9. in ecclesia sub nouo militāte testamento esse declarauimus. Et illud non differens a Christi sacrificio/ declaremus ꝛ sacerdotium in eadem consistere eidem quadrans sacrificio. Et hoc similiter per omnia idem cum sacerdotio Christi quo ad principale. Nam e regiōe se respiciunt sacrificium ꝛ sacerdotium uersis uultibus ad propitiatorium Christi uidelicet humanitatem. Non secundum rem tantū: sed ꝛ secundum rei circunstantias et qualitates/ut si unum corporale fuerit ꝛ aliud corporale sit. Si spirituale/spirituale. Cū ergo ostēsum sit in ecclesia preter sacrificium spirituale esse aliquod corporale. Erit ꝛ preter sacerdotiū spirituale aliquod corporale. Et cum declaratum sit sacrificium illud ecclesiasticum aliud non esse q͞ Christi sacrificium. Erit ꝛ sacerdotium ecclesiasticum Christi sacerdotium/ ut sit ipse idem sacerdos ꝛ hostia.

De Sacerdotio spirituali.

Descēdamus primū cū aduersarijs in ꝯsonantiā Et affirmemus esse in eccl'ia spūale sacerdotiū oībus ꝯmune Chr̄ianis de q̄ S. Pe.
1 Pet. 2. ait: Deponentes igit̄ oēm dolū et ipsi tanq̄ lapides uiui supedificamini domos spirituales in sacerdotiū sanctū offerentes spiritales hostias acceptablies deo per Jhesum Christum. Et in Apo. Fecisti
Apoc. 5. nos deo nostro reges ꝛ sacerdotes. Et eo. lib. Jn hijs secunda mors nō habet locū: sed erunt sacerdotes. Huius spiritualis sacerdotij sa
Apo. 21. crificia sunt Corpora nostra Ad Rom. 12. Spiritus cōtribulatus Psal. 50. Sacrificium laudis psal. 29. Sacrificium iusticie. psal. 4.

Huius proinde sacerdotij officium est etiam uerbi ministerium Eo modo quo quilibet tenetur primū diligere / ꝓ eo orare Jpsum instruere uerbo ꝛ exemplo ad meliora ꝓuehere. Gratiam a domino sibi datā fideliter alijs cōmunicare. Ad bonum proximi ꝛ ecclesie. Et cum ecclesia eadem sit sub ueteri ꝛ nouo testamento differens tan

tum secundū imperfectū ꝛ perfectū/figurā ꝛ figuratū/umbram ꝛ imaginem. Et hoc quo ad statū. et in ecclesia semper fuerint illa spiritualia sacrificia. Nam semper tenebantur fideles mortificare corpora Conterere cor ꝛ spiritum Sacrificare hostiam laudis. Sacrificium iustitie. Pro alijs orare Ignorantes lege charitatis docere ꝛ similia Sequit̃ ꝙ ꝛ semper in ecclesia fuerit sacerdotium spirituale illis quadrans ut hoc sacerdotium non sit ecclesie sub nouo testamento proprium. Excellentiori tamen ꝛ perfectiori modo est in nouo ꝙ̃ ueteri testamento. Postꝙ̃ gratia ꝛ ueritas per Jhesum Christum facta est. Hoc tamen spirituali sacerdotio sub ueteri lege non obstante fuit sacerdotium corporale Aaronicū figurale sacerdotij Christi. Erit ergo non obsistente sacerdotio spirituali in noua lege sacerdotium corporale Non aliud tamen ꝙ̃ Christi.

De Sacerdotio corporali.

Certus esto nec falli te sinas ulla persuasione quisquis esse uoles pure Christianus nullum esse in nouo testamento sacerdotium figurale: Sed omne tale cum omnibus ueteris legis sacrificijs ꝛ sacrificiorum ritibus est in Christi sacerdotio ꝛ per eius sacrificium unicum completum ꝛ consummatū. de quo Psalmist. ait ad Christum Jurauit dominus ꝛ non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Unde in cruce ait. Consummatum Psal. 109
est. Et hec est ratio quare scriptura noui testamenti ministros Christi ꝛ ecclesie nullibi nominat sacerdotes/ ne credatur sacerdotij nomen in ueteri testamento usitatum sub eodem intellectu in nouo uigere testamento. Et ut det̃ intelligi ꝙ in nouo testamēto solus Christus est sacerdos qui principaliter offert Alij aūt puri sunt ministri Uñ nō aliud sortiunt̃ nomē ꝙ̃ ministrorū/dispensatoꝝ/seruoꝝ ꝛc̃. Unde habemus in nouo testamēto. Unū solum sacerdotiū Christi quo primū ipse obtulit sese ꝓ nobis deo patri ꝛ nos oēs secū ut dicit B. Pet. Christus semel ꝓ peccatis nostris mortuus est iustus ꝓ iniustis ut nos offerret deo mortificatos quidē carne uiuificatos aūt 1. Pet. 3.
spiritu. Et b. Pau. ad Heb. Una eñ oblatione cōsummauit in sempiternū sctificatos. Et qa eccl'ia corpus est ipsius unū cū ipso faciēs. Heb. 10
Et ipsa obtulit eū deo patri ꝓpheta teste. Oblatus est qa ipse uoluit Ad eā qꝫ spectat sue illius oblatiōis ꝑpetuā agere memoriā iuxta chr̄i institutionē cottidie i sacramēto altaris ipsū deo pr̄i offerēdo: habet nāqꝫ ipsa ob unitatē ad suū caput officiū illud ꝛ sacerdotiū idē cū capite ut nō duo sint capitis ꝛ corpis sacerdotia: sed unū reale et uerū. In q̃ hostia uerus chr̄us est cui offert̃. deus pater Qui offert.

totus Christus caput ꝛ corpus.caput per suam benedictam passio-nem.Corpus hoc est ecclesia ꝑ illius passionis iugem recordationē secūdum suum sanctissimum beneplacitum ꝛ institutionem.

Sacerdotij ecclesie commissio.

Hanc offerēdi facultatem quam ecclesia a Christo habet sibi tra
Hebre.5 ditā illis committit exequendam qui ad hoc uocanť tanꝗ ministri Nemo enim sibi sumit honorem:sed qui uocať a deo tanꝗ Aaron ut uerius in hoc ipso dicantur ecclesie ministri ꝗ sacerdotes.

Elucidatis hijs facili spiritu omnes argumentationes ꝙ ad hāc expugnandam adducuntur ueritatem exufflantur.

Autor Cum enim obijcitur ꝙ nullo prorsus sacerdote alio ꝛ mediatore opus est preter Christum cum omnis sacerdos in hoc assumatur
Hebre.5 teste apostolo/ut pro populo oret ꝛ populū doceat. At Christian⁹
Rom.5. quisqꝫ per seipsum orat in Christo /habēs per ipsum / ut ad Rom.
Esa.54. dicitur:Accessum ad deum sicut ꝓmisit Esa.65. anteꝗ clamēt exau
Hie.31. diam. Sic ꝛ per seipsos a deo docentur promittente Esaia: Et da-
Esaie.11 bo uniuersos filios tuos doctos a domino.Et Hieremia: Nō do cebit unusquisqꝫ fratrem suum/et Esa.iterum:Repleta est terra sciē tia domini.Et Joan.6. Erunt omnes docibiles dei. Hec testimo-
Joan.6. nia euacuant sacerdotium uisibile dum ꝛ orationē ꝛ accessum ad de-um ꝛ doctrinam omnibus communem faciunt que certe sacerdotū propria est.Quid enim opus est sacerdote dum non opus est medi atore ꝛ doctore.An sacerdotē sine opere cōstituemus.At mediator ꝛ doctor preť Christū nullus est.Quin ꝛ ꝑ se accedūt a deo docti.De inceps mediare ꝛ docere potentes eos qui non dū sacerdotes id est: non dum Christiani sunt.Atqꝫ ita sacerdotiū noui testamēti pror-
Galat.3. sus sine personarum respectu regnant communiter in omnibus spi ritu solo sicut dicit apost. ad Gal. In Christo Jhesu nō est Judeus neqꝫ Grecus.Nō est seru⁹ neqꝫ liber nō est masculus neqꝫ femina.

Replicator.

Respondetur Ex hac argumentatione infertur. Primo ꝙ popu-lo Christiano non est seminandum uerbum dei :sed solum infideli-bus quia omēs Christiani immediate docenť ꝛ illuminātur a Chri sto.Et iniuria forte Christo irrogaretur si quis alius docendi sibi usurparet officium.Cur ergo apostoli non infidelibus solum:sed et fidelibus predicauerunt ꝛ epistolas scripserūt. Cur uel tu cōtra scri-pturas diuinas ꝑ te adductas tibi doctoris usurpas officium cum

doctor Christianorum preter Christum nullus sit. Infertur secun-
do q ecclesia nullū ministrum habere debet qui cōmunem suā ora-
tionem deo patri per Jhesum Christum offerat/ ut sic omnes ora-
tiones sint priuate nulla cōmunis quod tamen nunq̄ fuit in eccle-
sia. Preterea cum sub lege ueteri quilibet ueri dei cultor per seipsum
potuit deum inuocare ꝛ orare ac impetrare ut claret ex ueteri instru-
mento de Anna matre Samuelis/ Dauid ꝛc. Potuit ꝛ a deo illumi
nationes ꝛ directiones accipere ꝛ si non ea abundantia ꝛ perfectio-
ne qua modo ut quid opus fuit sacerdote. Dicendum ergo q scri-
ptura diuina per auctoritates inductas ꝛ similes notat plenitudinē
gratie ꝛ ueritatis in noua lege per Jhesum Christū effusam/ uti Pe
trus ait. allegans Johelem prophetam: Et erit in nouissimis dieb⁹ Actu. 2.
dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnē carnem ꝛ p-
phetabunt filij uestri ꝛ filie uestre. Per hoc tamen non tollit̄ ministe
rium uerbi nō p quoscunq: sed per eos qui ad hoc deputantur ꝛ uo 1 Cor. 14
cantur. siue per prophetie donum ut apost. ad Corinthi. scribit pro-
phete duo aut tres dicant ꝛ ceteri dijudicent. Quod si alij reuelatum
fuerit sedenti prior taceat. Potestis enim omnes per singulos ꝓphe
tare ut omnes discant et omnes exhortentur. Perspicuum est enim/
ut cui per spiritum sanctum datur ꝓphetie donum aut sermo sapien
tie ꝛ scientie hoc ipso ad docendū alios uocat̄ ne ociosum sit donum
Siue per internam inspirationem/ ut dicitur de prophetis ꝛ de Jo-
anne baptista: Factū est uerbum domini super Joannē Zacharie fi-
lium in deserto ꝛ uenit in omnem regionem Jordanis predicās ba
ptismum penitentie. Siue per externam spiritussancti uocationem/
siue per uocē hoc fiat siue per aliud signū sensibile. Quo modo Pau
lus ꝛ Barnabas missi sunt dicēte fidelibus spiritusancto: Segrega Actu. 13.
te mihi Barnabam ꝛ Saulum ad opus ad quod assumpsi eos. Si
ue quarto per ecclesie uel prelati iussionem. Quomodo enim predica Rom. 10
bunt nisi mittant̄/ simili modo sacerdotis ministerium offerendi et
interueniendi non tollitur ꝓ quanto hec totam respiciunt ecclesiam
Quod enim quisq per se facit/ agit ut priuata persona. Unde mini
sterium hoc necessarium est in ecclesia sicut ꝛ semper fuit. Non diffi
cultatem innecto circa titulum. Nuncupet̄ ministerium/ seruitus/
dispensatio/ militia/ presbiteratus/ sacerdotiū. Aut alio quouis no
mine Modo officium stet inconcussum. Cum enim de re constet pu
erilis gerit̄ circa nomina disceptatio. Unde falsum ꝛ iniuriosum cla
ret quod subnectit autor uidelicet Arbitror hic ruere ꝛ iacere uniuer

sam illam missarum papisticarum pompam. Quid ergo hinc sequi tur scilicet leges pape esse figmenta ⁊ mendacia tum sacerdotiū eius esse idolum ⁊ laruam. Missas uero quas sacrificia uocant esse summam idolatriam ⁊ impietatem. Et ea que substituit in supradictis cūcta sunt eliminata. Que tertio impetu contra sacerdotium produ cit ex ministerio uerbi eneruata sunt per annotata in superioribus ⁊ in alio tractatu Conatu septimo. Est autem hec sua argumentatio.

Autor Primum inuictis scripturis firmabimus legittimum illud ⁊ uni cū uerbi ministeriū esse cōmuncomnibus Christianis sicut ⁊ sacer-
2 Cor.3. dotium ⁊ sacrificium. Dicit enim Paul. Qui idoneos nos fecit mi-
nistros noui testamenti non litere: sed spiritus. hoc enim de omni-
bus Christianis dicit ut omnes faciat ministros spiritus. Itē Pe-
1. Pet.2. trus dicit omnibus Christianis ut uirtutes annuncietis eius / qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Quis Christia norum non est uocatus e tenebris. Hoc fieri debere cōcedimus ne
Actu. 14 multi simul loquantur sicut loquente Paulo Barnabas tacebat.
1 Cor. 14 Oportet omnia honeste fieri ⁊ secūdum ordinem. Habebat tamen ius loquendi: Sed per hoc equalitas ministerij non tollitur imo cō firmatur Ideo necessarius est ordo loquendi ꝗ omnes potestatem habent loquēdi. Hec auctoritas apostoli que maioritatem papisti
1 Cor. 14 cam potentissimis fulminibus conterit sic sonat / Siue lingua quis loquitur secūdum duos aut multum tres ⁊ per partes ⁊ unus inter pretetur. Et infra potestis enim omnes per singulos prophetare / ut omnes discant ⁊ omnes exhortentur. Uos idola papiste quid cōtra hec mutire potestis. Igitur omnes Christiani ius ⁊ officium habēt docendi ut rumpatur behemoth cū uniuersis squamis suis. Et in- fra uides itaqꝫ ut sub titulo communi ministerij spiritualis sibi ere xerunt ministerium proprium perditionis sicut sub titulo sacerdo- tij ⁊ sacrificij ueritatis introduxerunt sacerdotiū ⁊ sacrificium mē- dacij ⁊ erroris. Hec ille.

Replicator.

Quam terribilia fulmina / quis subsistere poterit ante faciē tante ire ⁊ indignationis? Uerū respiremus paululum post fulmen ⁊ to- nitruū qđ nostras cōcussit uires ⁊ eis resumptis stragē quā intulit uideamus Paulus adducit testis qui ait: Qui idoneos nos fecit mi nistros noui testamēti. Hoc enī (autore interprete) de omībus chri stianis dicit: Reuoluamus Pauli textū ⁊ uerborū suoꝝ cōtextum si uera sit interpretatio. In principio capitis illius sic ait: Incipimus

iterum nosmetipsos commendare aut nunquid agemus sicut quidā 2 Cor.3.
commēdatitijs epistolis ad uos aut ex uobis. Epistola nostra/uos
estis scripta in cordibus nostris. Fiduciam autem talem habemus
per Christum ad deum nō quod sufficientes simus cogitare aliquid
a nobis tanq̄ ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est/qui et ido-
neos nos fecit ministros noui testamenti. Et infra. Habentes igi-
tur talem spem multa fiducia utimur. Et quarto capite sub codē sen 2 Cor.4.
sus contextu. Ideo habentes hanc administrationē non deficimus
Non ambulantes in astutia neq₃ adulterantes uerbum dei. Sequi
tur. Non enim nosmetipsos predicamus: sed Jhesum Christū do
minum nostrum. Nos autem seruos uestros per Jhesum/ut ex to-
to contextu clareat Paulū in persona sua & Thimothei/& aliorū mi
nistrorū uerbi diuini a deo uocatorū & missorū loqui contra pseu-
dapostolos qui suo seruientes questui sue studētes glorie nusq̄ nō
pelliciebant ad legē Mosaicam quā Christo sic conabant admiscere
quasi sine huius accessione nō esset spes salutis. Hec posui ut lique
at q̄ extorte auctor scripturas ad suū deflectat sensum illis reluctan
tibus. O q̄ crebro charissimus Paulus falsum cogit ferre testimo-
nium eo reclamante. Alius testis est Petrus ut uirtutes annun-
cietis eius/ qui de tenebris uos uocauit. Sed perspicuum est/ q̄ de
spirituali sacerdotio loquit / ut preambula testantur uerba. Et hoc
omnibus commune concessimus/que adducit ex Paulo de prophe-
tis & prophetatione. Planum est eo ipso quo deus cuipiam spiritū
donat prophetie hoc ipso eum ad predicandum uerbum suum mit-
tit Id quod de Barnaba refert q̄ etiam tacens predicante Paulo
ius habebat loquēdi admittit/ quia per spiritum sanctū ad hoc fuit Actu. 13
uocatus. Et si omnes loquerentur linguis & pphetarent cōcederem
omnes esse ad predicandum missos. Nam deus dona sua non uult
esse ociosa/alioqui seruum pigrum nō damnasset.

Audi candide lector sententiam districti iudicis.

Quare Christiane lector tibi ante oculos pone turbam infinitam Autor
hanc Sacerdotum & Monachorum cum suis missis sacrificijs legi
bus/doctrinis/cultibus & uniuersis operibus. Et uidebis non nisi
scenam & theatrum quoddam sathane populum impium perditio-
nis ire dei reseruatum ineternum.

Quis non tam seuerissimum perhorrescat iudicem. Si hic deus Replica-
noster esset/omnes essemus perditi in momento/nec hora uel unica tor
ad penitendum nobis cōcederet. Nam igne & sulphure cōsumpti in

abyssum demergeremur ut alio exoptat in loco/ Bene nobis q̄a alt̄um deum habemus magis propitium Custodiat nos deus a Plutone ignem ꝛ sulphur spirante.

Confutato aduersario Et stabilito sacerdotio ecclesiastico Consequenti ordine de potestate ecclesiastica. Sacra est scriptura scrutanda.

Selegabimus autem chare lector inpresentiarum beati Petri primatum/uicariatum. Monarchiā ꝛ papatum de quo nihil sentētialiter me locuturum protestor in neutram partem declinaturus iudicium. Scrutabimur autem de ipsius potestate sub apostolatus cum titulo tum officio que cū apostolis aliīs a Christo accepit cōmunia. Pro q̄bus disquirēdis subsignatas in harenā ꝑducem⁹ Indagiēs.

Indago prima.

Dominus noster Jhesus Christus seruator benedictus a deo pa
1 Cor.3. tre fundamentum ecclesie positus (Paulo adstipulante) preter quod
aliud nemo ponere potest. Elegit duodecim apostolos tāq̄ lapides
primarios immediate sibi coherētes ꝛ super seipsum fundatos. Ob
Apo.21. quod ꝛ ipsi duodecim nuncupantur Hierusalē (ecclesie scilicet) fun
damenta/ Qui in ueteri instrumento multiplicibus presignati sunt
Gen.35. figurarum inuolucris ut pote. Per duodecim filios Israhel populi
1 Cor.4. Israhelitici patriarchas q̄a in Christo Jesu ueros Israhelitas spi
Exo.15. rituali propagine ꝑcreauere/uti S. Pau. de Corinth. ait: In Chri
Num 33 sto Jhesu p Euangeliū ego uos genui/ Per duodecim fontes aquaꝝ
quibus filiī Israhel in deserto sunt potati quia aqua sapientie salu
Josue 3. taris fideles prout ab originali fonte hauserāt potauerūt/ Per duo
et 4. decim uiros exportantes duodecim lapides de Jordanis medio q̄a
3.Reg.7 ex sacre scripture fluentis duodecim articulos ad castra perduxerūt/
2 Par.4. Per duodecim boues mare eneum sustentantes/quia ecclesiam per
3.Reg.4 mare eneum signatam sanguine suo plantauerunt ꝛ sustentant uita
ꝛ doctrinis. Per duodecim prefectos Solomonis qui singulis men
3 Reg.10 sibus familie sue annonam ministrauerunt/ quia diuini uerbi pabu
lo credulos pauerunt. Per duodecim leunculos super gradus thro
ni Solomonis stantes ipsumq̄ decorātes/quia uiam ad uerū So
lomonem Christum nobis monstrauerunt. Ad hec numerus ipse
duodenarius quadrat/qui ex ductu ternariī in quaternarium resul
tans quadrigam efficit Euāgelicam fidei/spei ꝛ charitatis tanq̄ fa
leratorum equorum tractu sursum in diuina agitatam Euangelicam.

quoqꝫ notat perfectionem ꝛ uere Christianam uitam. Que dum ad ueteris instrumēti decalogum. binarium dilectionis dei ꝛ proximi adijcit duodenarium constituit. Mat. 22

Indago Secunda.

Christus benedictus noui testamenti conciliator apostolos cōstituit eiusdem testamenti ministros idoneos ad ecclesie plātationem plantateqꝫ salubrem in uiam pacis directionem/ per ipsius felicem gubernationem. Hec idoneitas quo ad externam executionem omnem expetit facultatem saluandis tum necessariam tum proficuam. Unde ꝛ tanta eis successoribusqꝫ ipsorum a Christo conferri debuit quanta purus homo uiator salubriter in aliorum profectū ꝛ uite eterne ꝓcurationem administrare potest/ ut sic legati Christi sint cum potestatis plenitudine. Ut autem huius apostolice potestatis explicatior habeatur noticia quantum ex sacris cōportari potest apicibus. Nōnulle in particulari sunt facultates subnectende. Hebre. 9 2. Cor. 3.

Indago Tertia.

Muneris apostolici actus primus ꝛ precipuus est uerbi diuini seminatio. Nam ut Marcus refert: Fecit Jhesus duodecim/ ut essent secum ꝛ ut emitteret eos ad predicandum. Et infra ait eis: Ite in mundum uniuersum ꝛ predicate Euangelium omni creature. Lucas quoqꝫ ait. Conuocatis Jhesus duodecim misit illos ut predicarent regnum dei. Et in actis apostolicis: Eritis mihi testes (inquit ad eos saluator) In Hierusalem ꝛ Judea ꝛ Samaria ꝛ usqꝫ ad ultimum terre. Cum enim salutis exordium fides sit Paulo teste: Qui accedit ad deum hunc credere oportet esse deum/ ꝛ esse remuneratorem querentibus se. Fides autem est ex auditu. Auditus autem per uerbum Christi. Quomodo autem audient absqꝫ predicante. Quomodo autem predicabunt nisi missi fuerint. Consequens est Euangelij predicationem qua fides in audientium plantat cordibus primum esse apostolatus actum. Accedit ꝛ ipsa nominis interpretatio. Apostolus equidem nuncius transfertur. Mar. 3. Mar. 16 Luce. 9. Actu. 1. Hebre. 9 Rom. 10

Indago quarta.

Huic alius proximo limine cōnectitur a nostro seruatore (baptizatio uidelicet) ipso mandante: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. Et hic quidem (tametsi necessarius) minus tamē principalis pureqꝫ ministerialis est dicente Paulo: Non misit me Christus ut baptizarē: sed ut Euā Mat. 28 1. Cor. 1.

gelizare. Ob quod et apostolis plerūqȝ est subdelegatus ut in actis apostolicis legitur. Jussit Petrus baptizari Cornelium ⁊ domum
Actu. 10. eius in nomine domini. Non sic Euangelij predicatio principaliter eis iniuncta. Quamuis enim in adiutorium plures asciuerunt/in executione nihilominus primi fuerunt. Argumētum ex hoc ꝙ apostolorum successores principalia apostolorum officia p seipsos administrare debent. Minora autem alijs delegare possunt ad que non sufficiunt cum principalibus exequenda.

Per hec duo officia Euāgelij scilicet predicationem ⁊ baptizationem apostoli eorumque coadiutores in nouo testamento ecclesiam plantauerūt deo principaliter agente. Ipsis ministeriatus officium
1 Cor. 3. gerentibus. Quis enim est Paulus. Quis autem Apollos nisi ministri per quos credidistis. Et ut cuiqȝ dominus dedit. Ego plantaui Apollos rigauit: sed deus dedit incrementum. Itaqȝ neqȝ q plantat est aliquid neqȝ qui rigat: sed qui incrementum dat deus.

Indago quinta.

Cum parum sit parere/nisi ⁊ parta quottidiano foueant alimento dedit seruator noster benedictus tertiam facultatem apostolis cōficiēdi uidelicet sanctū dominici sui corporis ⁊ sanguinis sacramētum in cena nouissima Immense sue erga nos dilectionis memoriale perhenne nobis relinquens. Hoc inquiēs facite in mei recordationem ut sic duplici pane uerbo scilicet diuino ⁊ sacramento hoc dominico/uerbo increato ⁊ incarnato cor hominis fidelis confirma-
Psal. 103 tum in uia presentis uite deficiat nunꝙ. Neqȝ enim Christus pieta
Mar. 8. te supereffluens nos a se abscedere dimittet ieiunos.

Indago Sexta.

Quia aūt natura humana a primeua sua innocētia destituta tanꝙ sanitate integra/ In graues multipharriosqȝ incidit morbos. Ne horum fidelibus desint remedia. Summus medicus morbis omnibus quantumcunqȝ letalibus curandis uirtutem apostolis tribuit/ ut sicut ipse solo uerbo curat oīa ⁊ solo sermone restaurat uniuersa. Sic ipsi uerbo eodē potestatē haberent relaxādi peccata. Quibus
Joan. 20 ait: Accipite spūmsctūm qrū remiseritis pctā remittunt̄ eis. et qrū retinueritis retēta sūt/uirtutē notauit dñ̄ ait: Accipite spiritū sctūm
Luce. 5. spūs em̄ sctūs auctoritatiue ⁊ principalit̄ pctā remittit. ꝙ ⁊ pharisei profitebantur dicentes. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus. Ministros signauit dum subiungit. Quorum remiseritis peccata. Et hec quarta potestas est apostolis tradita.

Indago Septima.

Cum boni pastoris sit nō mō pascere oues/uerūquoq3 infirmas
ꝛ debiles cōfortare ꝛ cōfirmare. Ecōtra uero ꝑ ꝓphetā de malis dn̄s Ezech. 34
cōquerit̄ pastoribus. Inter alios defectus etiā illū eis imꝑperans.
Quod infirmū(inquens)erat nō cōsolidastis/ꝛ qd̄ egrotū nō sana-
stis/qd̄ fractum est nō alligastis/ꝛ qd̄ abiectū nō reduxistis. Et hec
confortatio per bonos pastores multis impartit̄ modis omnibus
electis. Potissimū tn̄ ꝑ sacramenta agit̄ in quibus deus principali-
ter salutis operatur effectus. Ea uero administrans instrumentali-
ter. Unde ut oues Christi efficaciter consolidarentur/ sanarentur/
alligarentur ꝛ in bono firmarentur/ dedit seruator noster aposto-
lis Quintam potestatem confirmandi uidelicet fideles per manu- Actu. 8.
um impositionem qua baptizatis spiritussanctus in signo dabatur Actu. 19
sensibili/ut acta testantur apostolica de Petro ꝛ Iohanne samariā
missis. Et de Paulo eod. lib. Quanq̄ enim credentes in baptismo/
gratiā adoptionis filiorū dei susceperunt. Nihilominus manuum
apostolicarum impositione uberiorem receperūt gratiam ad robur
per spiritumsanctum Qui ea tempestate signo manifestabatur sensi-
bili/utpote generibus linguarum aut prophetica pronūciatione pro
tenere ecclesie ꝛ nouiter plantate roboratione. Sicut ꝛ alia complu-
ra pro tunc fiebāt signa. Que postero tempore firmata in fide eccle-
sia cessauere. Gratiarum tamen dona ad internam sanctificationem
ordinata semper durant in ecclesia que spiritusancto pascitur impin
guatur/dilatatur/et regitur/qui a nascentis ecclesie primitūs in finē
usq3/cum omnibus charismatum donis ad sanctificationē spectan-
tibus defuit aut deerit nunq̄. Incōueniens enim uidetur ꝛ ob id nō
credibile q̄ aliquod gratie donū ad electorum pertinens cōsumma-
tionem in primordio fuerit quod euo nostro ecclesie desit. Unde cō
sequens uidetur q̄ hec gratia data per manuum impositionem post
acceptam gratiam baptismalem/Adhuc sit ꝛ detur fidelibus ad ro
bur spiritus ministerio apostolico/Et hoc in sacramento Confir-
mationis. Nam ꝛ si pro tunc sola manuum dabatur impositione.
Nunc autem cum hoc crismatis in figura crucis inunctione. Non
uiciatur actus per Crismatis ex oleo ꝛ Balsamo confecti adiectio-
nem. Quo conscientie signatur puritas in Oleo ꝛ in Balsamo
fama bona. Nec est uerisimile quod Apostoli propria presum-
ptione sine Christi institutione manus imposuerunt baptisatis.
Quod si fecissent/ Spiritussanctus non approbasset.

Habet ergo confirmationis sacramentum signum sensibile. Ma-
nus scilicet impositionem siue sine materia ut in primitiua ecclesia/
Siue cum materia utpote crismate sicuti modo/ Habet & certa uer-
ba licet non in diuinis uoluminibus exarata. Habet deniq; & certā
ac infallibilē diuinā assistentiā ad gratie sancti spiritus collatiōem
Quibuscunq; enī baptizatis manus imponebant/ spiritū sanctū ac-
cipiebant. Et sic deus facto firmauit pactum cū ecclesia / licet non sit
scriptum uerbo. Fuit ergo & est confirmatio uerum & ꝓprie dictū no
ue legis sacramentum/ quod a ministro idoneo ministratū & fide su
sceptum confert ut certū signū baptizato suscipiēti gratiam roborā
tē ad iugū dñi suaue & onus leue baiulandū & Chrī uestigia seq̄ndū.

Indago Octaua.

Sexta preterea a Christo apostolis tradita potestas est iurisdicti
onis cohercitiue qua rebelles & cōtumaces ac notorios peccatores ex-
communicare & sathane tradere potuerunt. Hec signatur a saluato-
re in Mattheo/ quando accesserunt discipuli ad Jhesum/ dicentes:
Mat. 18 Quis maximus est in regno celorū. Ubi saluator post doctrinā de
humilitate cōplexanda & scandalo pusillorū euitādo de oue errante
ad uiā ueritatis reducenda. De correptione fraterna. Et eo qui ec-
clesiam audire contemnit ꝙ habendus sit sicut ethnicus & publica-
nus. Subiungit: Amen dico uobis quecūq; alligaueritis super ter-
ram/ erunt ligata in celo/ Et quecunq; solueritis super terram/ erūt
soluta in celo. Que uerba ad antecedētia quadrando ad publica re-
feruntur crimina. Hac potestate S. Paul. in fornicatorem corin
1 Cor. 5. thium usus est/ qui uxorē patris publice in concubinatū habuit quē
sathane tradidit ad interitum carnis ut spiritus saluus sit in die do
1 Thi. 1. mini Jhesu. Similiter in Himeneū & Alexandrū quos simili cen-
sura sathane tradidit ut discant nō maledicere. In hereticos q̄q; ad
Galat. 1. Galat. scribens dum ait: Uerū etiam si nos aut angelus de celo pre-
dicauerit uobis Euangeliū preter id quod predicauimus uobis ana
thema sit. Ad Corinth. deniq; dicit: Si q̄s nō diligit dominū Jhe-
1 Cor. 16 sum Christum sit anathema maranatha. Et alio in loco ad Corin.
1 Cor. 5. inquit: Si quis cum frater appelletur fuerit scortator/ aut auarus/
aut simulacrorū cultor/ aut conuiciator/ aut ebriosus/ aut rapax cū
eiusmodi nec cibum quidē capiatis. Sanctus preterea Joannes ait:
2. Joan. Si quis uenit ad uos & hanc doctrinā non affert ne recipiatis eum
in domū/ nec aue ei dixeritis. Qui enī dicit illi aue/ cōmunicat opib9
eius mal. Ex q̄bus liq̄t q̄bus ex causis sctī apl̄i hac usi sūt potestate.

Indago Nona.

Acceperũt deniq; scti apli a Christo septimã potestatẽ regẽdi scilicet ecclesiã p ipsos plantatã de qua S. Pau. ad Corin. scribẽs ait. 2 Cor. 10
Si amplius quippiã glorier de potestate nostra quã dedit domin⁹ nobis in edificationẽ ⁊ nõ in destructionem/non pudefiã. Et infra Non possumus quicq̃ aduersus ueritatẽ: sed p ueritate. Vñ ipse gerere se asserit solicitudinẽ omniũ ecclesiarũ. Et sapientẽ se nuncupat architectũ. Testantur hec acta apostolica ⁊ ipsorũ apostolorũ epistole ⁊ legende. Hec tamen potestas nõ ad corporalia uel temporalia: sed spiritualia administrãda fuit data. Vñ Paul. ad Corin. Arma militie nostre non carnalia sunt sed potentia deo ad demolitionem munitionũ quibus cõsilia demolimur ⁊ omnẽ celsitudinẽ que extollit aduersus cognitionẽ dei et captiuã ducimus oẽm cogitationẽ ad obediendũ Christo. Et in promptu habemus uindictam aduersus omnẽ inobedientiã. Eisq; quoq; ait. Quid uultis cũ uirga ueniam ad uos an cũ charitate ⁊ spiritu lenitatis Et alibi. Si uenero denuo non parcã qñquidẽ experimentũ queritis in me loquentis Christi qui erga uos nõ est infirmus. Verba utiq; hec sunt potestatem habentis. Et magnã/hec aũt sicut non est cõtra ueritatẽ sic/nec aduersus iusticiã ⁊ sanctificationẽ ⁊ anime redemptionẽ ac salutẽ. Nam idem Christus q̃ est ueritas/est ⁊ iustitia ⁊ sctificatio ⁊ redemptio.

2 Cor. 13 — 2 Cor. 11 — 1 Cor. 3. — 2 Cor. 10 — 1 Cor. 4. — 2 Cor. 13 — 1 Cor. 1.

Indago Decima.

Ex hac potestate septima elicit̃ octaua uidelicet ecclesie ministrorũ institutio ipsorũq; salubris directio ⁊ gubernatio ad fideliũ salutẽ ⁊ pfectum. Hac auctoritate apostoli septẽ uiros plenos spiritusancto ad ministeriũ eccl'ie hierosolymitane instituerũt. Hac S. Pau. instituit Thimotheũ ephesiorũ archiepiscopũ. Et Thitũ archiepiscopum Cretensem cum facultate substituẽdi episcopos. Quibus ⁊ formas prescripsit quales instituere debent episcopos sub eorum regimine ⁊ directione consistẽtes. Vñ ad Thitũ scribit huius rei gratia reliqui te in Creta ut que desunt pergas corrigere. Et constituas opidatim presbiteros sicut ego tibi ordinarã. Si quis est inculpatus Oportet enim episcopum inculpatũ esse tanq̃ dei dispensatorẽ.

Actu. 6. — 1 Thi. 1. — Thitũ. 1

Consectarium.

Claret ex hoc. In primitiua ecclesia in ipsius ministris ordinem fuisse hierarchicũ. Nimirum/exemplata etenim est a triũphãte In qua sunt suprema/media/⁊ infima scdm tres hierarchias. Que or-

dinem in natura quoq; clarius cōspicimus In prima corpa celestia supremū obtinent gradū. Elementa signant duo nobiliora subtilio raq; aer uidelicet ꝛ ignis mediū. Elemēta infimū ut que a superiori bus suscipiunt influxū. Et in hijs supiora ampliori predita sunt tū uirtute tum opatione gubernantes subiecta. Ne superioritas uideat mathematica. Sic equidem ꝛ potentissimo ꝛ benignissimo placuit deo qui omnia in sapientia fecit ꝛ facit ut ex ordine ecclesiastico opti me instituto mira resultet pulcritudo. Suprema itaq; in ecclesia po testas apostolica est. Infima pres biterorum curam animarum ha bentium qui curati uel parrochiales usitato nuncupantur uocabulo Media episcoporum. Porro si cōtendas in primeua ecclesia eosdē fuisse episcopos ꝛ pres biteros nihil per hoc de ordine decerpit hier archico. Erit em̄ sola nominū uariatio ut omnes (qui modo nūcu pantur episcopi) cum complures habeant sub se parrochiales ꝛ ciui tatenses pres biteros uel episcopos) sint ꝛ dicant archiepiscopi. No rum cuilibet suus deferri debet honos suaq; iurisdictio ꝛ potestas/ Ne in sponsa Christi appareat cōfusio ꝛ per hoc turpitudo. Quod utiq; contingeret si inferiores omnem superiorum. Aut superiores inferiorum sibi uendicarent potestatē. Sit ergo quiuis sua conten tus sorte. Nec alterius sibi iura preripiat. Sic tamē q̄ omnia fiant in ecclesie edificationē non in destructionem. Neq; em̄ ecclesie mini stris potestas a Christo data est ꝓpter seipsos: sed ꝓpter ecclesiam. Moderari ergo ꝛ limitari potest ꝛ debet scdm̄ q̄ uberius ꝓficit ec clesie ꝛ animaꝝ saluti. Vn̄ nec cuiq̄ ministrorum irrogat iniuria si sua restringat facultas siue ob abusum/ siue ob cumulatiorē ꝛ eccl'ie ꝛ fidelium (cuius purus est minister) ꝛ magis exuberantem fructū.

Indago Undecima.

Ex eadem prefata Septima potestate regendi ecclesiam Sequitur ꝛ accessoria est Nona facultas/condendi scilicet salubria instituta. diuinum cultum. ad dei gloriam promouentia. Communionē pa cem ꝛ fidelium concordiam procurantia. Ex charitate dei ꝛ proximi manantia ꝛ ad eam fouendā ꝛ exaugēdam excitantia. Et uniuersali ter. quomodolibet ad bonum ecclesie et fidelium prouidendum/ cō seruandum ꝛ confouendum ordinata. Modo in seipsis nullam cō tineant iniquitatem uel impietatem. Aut contra diuinam scripturā repugnantiam. Hec instituta non erunt nec dici poterunt traditio nes humane quas diuina cōuellit scriptura/quia a diuino ꝓcedunt spiritu qui omnium bonorum autor est. Sed erunt traditiones de

orum. Quicquid enim boni agunt aut statuunt homines non agūt ut homines: sed ut dij / in quibus spiritus diuinus operatur. Sed hoc profusius in alio pertractatum est opello de ecclesiasticis constitutionibus. Que si radicem in lege habuerint diuina habebunt ⁊ legis diuine obligationem. Ex ipsa enim diuina lege omnes humane leges manare debent aut in eam ordinari ⁊ ad eam finaliter resolui / ut omnium legum finis sit Charitas de corde puro conscientia bona ⁊ fide non ficta. 1 Thi. 1.

Hac potestate freti sancti apostoli in cōcilio Hierosolymitano decreuerunt gentes non cogi ad Mosaicam legem: sed ut abstinerēt ab hijs q̄ sunt immolata simulachris. Et a suffocato ⁊ sanguine / hec constitutio non erat pure legis diuine / tunc enim ligaret pro omni tempore ⁊ loco quia negatiua est. Et sic adhuc esset obligatoria Verum radicem habuit in lege diuina. In lege uidelicet charitatis fraterne / quia enim gentiles cum Judeis tanq̄ duo parietes per lapidem angularem Jhesum Christum quem reprobauerunt sinagogā edificantes in unam coniungendi erant ecclesiam. Suadebat fraterna charitas / ut utraque pars ab hijs abstineret que alteri odiosa ⁊ abhominabilis forent. Et quia Judei suffocatum ⁊ sanguinem mādūcare abhorrebant gentiles ꝓ amicabili cohabitatione eis in hijs deferre debebant. Et quia immolatum simulachris (licet per se non fuit ad edendum illicitum / modo in reuerentiam non fieret idoloꝝ) scandalum tamen erat infirmis in fide ⁊ imperfectis qui hec non discernebant / debebant ⁊ ab hoc temperare. Porro scortatio de se illicita erat: sed quia gentiles eam licitam iudicabant fuit eis spetialiter interdicta. Cōstitutio ergo hec apostolica partim erat legis diuine / scilicet quo ad radicē ⁊ causam. Partim auctoritatis humane. Ideo cessante causa signanter quo ad duo / scilicet suffocatum ⁊ sanguinē cessauit ⁊ ipsa. Hanc apostolicam constitutionem ⁊ nonnullas alias ab apostolis editas. Paulus ⁊ silas executi sunt diligenter prout in actis cōtinetur apostolicis. Sic enim legitur. Cum pertransirent ciuitates tradebant eis seruanda decreta que erant Hierosolymis. Nam per hoc q̄ dicit̄ decreta in plurali datur intelligi q̄ non unū solum ediderunt in illo concilio decretum. Actu. 15. Psal 117 1 Cor. 8. Actu. 16

Indago Duodecima.

Eidem potestati regendi ecclesiā. Accedere uidet̄ Decima facultas Interpretandi scilicet questiones ambiguas sicut in ueteri instrumēto dicit̄. Si difficile ⁊ ambiguū apud te iudiciū esse perspexeris inter Deu. 17.

sanguinem ⁊ sanguinē/causam ⁊ causam/leprā ⁊ non lepram Et iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari. Surge ⁊ ascēde ad locū quem elegerit dn̄s deus tuus ueniesq; ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudicem qui fuerit illo tpe/queresq; ab eis q̄ iudicabūt tibi iudicij ueritatē/Et facies quodcunq; dixerint q̄ presunt loco quē elegerit dominꝰ ⁊ docuerint te iuxta legem eius sequerisq; sententiā eorū/Nec declinabis ad dexterā neq; ad sinistrā. Qui aūt superbierit nolens obedire sacerdotis impio q̄ eo tempe ministrat dn̄o deo tuo ex decreto iudicis morieť homo ille ⁊ auferes malū de Israhel.

Actu.15 Alludit illud in actis apostolorū. Quidā qui descēderant a Judea docebant fratres Nisi circūcidamini secundū morē Mosi nō potestis esse salui. Cū orta ergo seditio ⁊ disceptatio esset nō exigua paulo ac Barnabe aduersus illos. Statuerunt ut ascēderet Paulus ⁊ Barnabas ⁊ quidā alij ex illis ad apostolos ac presbiteros Hierosolymā sup hac questione/de hoc etiam scribit S. Pau. ad Galat.

Galat.2. dicens: Deinde post annos quatuordecim rursum ascēdi Hierosolymam una cū Barnaba assumpto simul ⁊ Thito. Ascendi autē iuxta reuelationē ⁊ contuli cū illis Euāgeliū qđ p̄dico inť gentes: sed p̄uatim cū hijs q̄ erāt i p̄cio/ne q̄ mō i uanū currerē aut cucurrissē.

Consectarium primum.

Ex hijs Indaginibus inferť primo Cum primitiue ecclesie facies talis fuerit ut est cōmonstratū. Et hanc dn̄s Jhesus per spiritū suū sanctū sic exornauerit/Ordinatasq; constituerit/scđm sub ⁊ supra potestates: Hanc ordinationē diuinā/nulla auctoritate/nullis uiribus confringi/ nec quampiā ex hijs potestatibus ab statu suo destitui posse/quin semper q̄ diu militans durat ecclesia in ipsa sit suprema/media/⁊ infima p̄māsura potestas. Vn̄ q̄ huic diuine repugnat ordinatiōi deo resistere cōuinciť. Erit ergo ⁊ manebit firmissima stabilitate in ecclesia militante. Auctoritas in cura animaꝝ exercenda. Infima parochorū qui si placet uocenť episcopi. Quē tn̄ titulum ecclesie usus ad eos applicat minime. Media eorū qui usitato nomine episcopi nocitanť. Sub quo ordine medio patriarche primates archiepiscopi ⁊ usuario nomine uocati episcopi cōprehendūtur Omnes em̄ hee potestates in partē solicitudinis accite sunt. Suprema apostolica. Nullis restricta limitibus. Nam in omnē terrā exiuit sonus eorū. Vn̄ quilibet apostolorū ius habebat in omni orbe terrarū actus hierarchicos ⁊ supradictas exercēdi potestates. hij ergo qui hunc hierarchicū ordinē diuinitus institutū destituere mo

stituntur cum id sine diuino conentur consilio nunq̄ ꝓsperabuntur.
Nec simile est de serpēte eneo p Ezechiā destructo quia purū fuerat 4 Reg. 18
signū nihil uirtutis/nihil efficatie nihil habens uel continens pote Num 21
statis. Simili mō de cultu excelsoꝝ non a deo instituto: sed tolerato 4 Reg. 18
ne idolis immolarent. Fatemur ingenue magnas esse in apostolica
patriarchali/archiepiscopali/episcopali ꝛ parrochiali potestatibus
abusiones/ꝛ heus magnas nimis in maximā ecclesie dei iacturam
Sed reformande sunt et eliminā de abusiones/non ipse potestates
conuellende. Vñ de huiusmodi uiris dicere possumus qd̄ Paul. ait: Rom. 10
Zelum quidē dei habent: sed non scd̄m scientiā. Non boni essent ar
borum ꝛ olerū plantatores. Nā plantaria non celerius germinan-
tia ꝛ uberes ꝓducētia fructus in impetu spiritus funditus euellerēt.

Consectarium secundum.

Igitur sicut sunt differēter ꝛ ordinate distribute auctoritates. sic ꝛ officia que auctoritatis notāt executiones ut inferiora p supiora disponant. Et inferiores nō oēm sibi arrogent facultatē: sed limitatā Qui ergo in inferiores oēm ecclesiasticā ꝛ hierarchicā transfundūt potestatē/diuinā confundunt ordinationē. Videamus ecclesiasticā hierarchiā ul' politiā p diuersarios effigiatā. Primū apl'icam dimo uerunt potestatē q̄si ecclesia nullis egeat architectis. Consequēter et eoꝝ q archiepiscopi uel episcopi nuncupant tanq̄ oleatorū idolorū p ipsoꝝ iudiciū subducta est iurisdictio uel potestas. Tertij ordinis remanēt parrochi/horū abstulerūt ordinē puro eis relicto ministe rio/ꝛ hoc ad uulgi arbitriū utquoad turbe placuerit officiū exerceāt huius mutato arbitrio cedant ꝛ sicut ceteri sint puri laici. Ea regula qua sculteti aut magistri ciuiū eligunt ꝛ destituūt. Vides ī hac optima politia oēm eccl'iastice potestatis ꝛ diuine institutiōis uim in popularic onsistere turba. Cū ecōtrario Christus p seipsum 12. elegerit apl'os/quorū uno apostatante/nō nisi diuino iudicio ꝛ inditio ali⁹ est surrogatus. Pau. q̄q₃ non turbe electionē ꝛ ministerij eccl'ie institutionē sed discipulo quē ephesine eccl'ie archiepiscopū prefecerat thi motheo uidelicet/hoꝝ ministroꝝ cōmisit institutionē premonēs/ne cuipiā cito manus imponat quē ꝛ exhortat dicēs. Ne neglexeris qd̄ in te est donū qd̄ datū est tibi per ꝓphetiā cū impositione manuum. auctoritate sacerdotij/nō ait. auctoritate uulgi. Eandem ꝛ Thito cretensi archiepiscopo fecit commissionem.

1 Thi. 5. 1. Thi. 4.

Consectarium tertium.

Igitur potestas apostolica ex ecclesia co͂uelli no͂ potest que totam respicit ecclesia͂. Na͂ omnes apostoli architecti erant/nec restrictas habeba͂t quo ad loca et personas facultates· sed de eis uerificari po-
Deut. 11 tuit illud Deut. Que͂cunqꝫ locu͂ calcauerit pes uester/uester erit. hijs enim dicit: Euntes in mundu͂ uniuersum predicate euangeliu͂ omni
Mar. 19 creature. Unde quilibet apostolus potestate͂ habebat in quemlibet/ legati quippe cum plenitudine potestatis era͂t Que plenitudo nec archiepiscopis nec episcopis/nec parrochis conceditur. Su͂t equidem omnes hij in parte͂ sollicitudinis uocati. Et certa loca et p̄sonas habent in quas actus exerceant hierarchicos. Succedu͂t quoqꝫ om̄es hij apostolis: sed no͂ in omnibus facultatibus supradictis. Parrochi quide͂ in quatuor primis episcopi uel archiepisopi ultra has q̄tuor. In 5. 6. 7. et 8. et nona. respectu suorum subditoru͂ et in suis administrationibus. Veru͂ ultra hec cura͂ habet apostolica auctoritas totius ecclesie. Unde si etiam admitteretur ꝙ iure diuino nihil facultatis haberet apostolicus quod non haberet archiepiscopus uel episcopus intensiue non posset tamen concedi extensiue.

Consectarium quartum.

Igitur oe͂s q̄ sede͂ subuertere conant̄ apostolica͂ ex diametro pugnant cu͂ ordinatione Christi et sp̄us eius. Quid em̄ est sedes ap̄lica Nisi apostolica auctoritas siue potestas a Christo apostolis tradita Itaqꝫ q̄ huic resistit/ Christi institutio͂i resistit. No͂ sic q̄ abusui eiꝰ resistit. Abusus corrige͂dus est. potestas uenera͂da Et deus glorificandus q̄ potestate͂ tale͂ dedit hoi͂bus/hoc saluator suo firmauit tu͂ uerbo tu͂ exemplo principibus sacerdotu͂ defere͂s Et populu͂ mone͂s ut s̄m eoꝝ doctrina͂ facerent. Opa uero eoꝝ no͂ in exemplu͂ trahere͂t
Mat. 23 Vn̄ ait. Sup cathedra͂ Moysi sederu͂t scribe et pharisei. Omnia ergo q̄cunqꝫ iusserint uos seruare: seruate et facite. s̄m opa uero eoꝝ nolite facere. Dicu͂t em̄ et no͂ faciu͂t hoc saluator docuit ꝓ auctoritate et
Luce. 10. 1 Reg. 8. reuere͂tia cathedre. Vn̄ alubi ait: Qui uos spernit/me spernit. Et ad Samuele͂. No͂ te abiecerunt: sed me ne regne͂ sup eos. Queris forte ubi est sedes apostolica. Nu͂ solus Pet. ap̄lus est aut fuit et non alij quoqꝫ. Cur sola Petri sedes p̄dicat̄/cur no͂ et alioru͂ utpote Thome in India. Andree in Achaia. Jacobi Hierosolymis Matthei in Ethiopia etc. Veru͂ s̄m hanc argume͂tatione͂/qua͂ in eccl̄ia occide͂talia͂ assignabis alicuius ap̄li sede͂ pret̄ Romana͂ sc̄toru͂m Petri et Pau. signa͂ter petri: Obijcis forte petru͂ nu͂q̄ uenisse Roma͂/ sicut quida͂ ex apocrifoꝝ somnijs nup ꝓbare conati sunt. Ex quo sequit̄

episcopum Romanũ non esse Petri successorẽ. Nec per consequẽs Petri ibidem residet auctoritas. Respõdet. posito(absq; ueritatis preiuditio) q sic sit ut tu asseris Nonne presente nostro euo imperatoris Caroli auctoritas & potestas in ciuitate residet Nürnbergeñ. apud suũ imperiale parlamentũ ut omnia impatorio agat nomine & auctoritate cũ impator ipse Nürnbergã uiderit nũq̃. Quare. quia sibi & imperio ita placuit. Sic ecclesia ab apostolorum tempore iudicauit & tenuit B. Petri sedẽ Rome consistere. Et episcopũ Romanum petri esse successorẽ. Quo ad aliorũ apostolorum successores modo nõ discepto utrũ & ipsi apostolici dicant/an nõ. quia materiã de Petri primatu implicat de qua supra ꝓtestatus sum/ non hoc in loco disquirere. Vñ quisq̃s iudicas apostolicũ & episcopale uel archiepiscopale regimen esse eccl'ie catholice pestem et exterminandum censes/ nõ de potestate: sed de potestatis abusu decerne/ potestas nõ est sathane: sed Christi sedes/ quicquid sit de sedente.

Consectarium Quintum.

Igit̃ quicq̃d sedes statuit ap'lica/ ꝓ dei gloria ꝓ sctissima sua uolũtate adimplẽda. ꝓ ultimo fine salubrit̃ & cõpendiose adseq̃ndo. ꝓ deuota deitatis cultura etiã exteriori. ꝓ reuerẽtiali sacramẽtorum ꝑcepti one. ꝓ charitate inter fideles cõseruãda & exercenda. ꝓ ueteris Ade mortificatione. ꝓ cõmuni ecclesie in fide & moribus ꝑfectu. ꝓ uicio rum extirpatione. ꝓ adipiscẽda sanctitate & iustitia. Totũ utiq; est ꝓ ueritate & ꝓ bono potestatis usu ad edificationẽ & nõ in destructionem. Totũ ergo est a spiritu sancto q oĩs boni autor est/ ut ꝑspicuũ sit q in hijs potestati resistit spũi sancto repugnare cõuincat̃. Et non nisi sathane omniũ malorũ satoris & oĩs boni inimici esse cõmentum. Cuius extremus semp conatus fuit potestatẽ a Christo in bonum ꝯstitutã cõuellere ut excussa potestatiua cohertiõe liberã int̃ fideles exerceat tirãnidẽ ut p̃ns testat̃ dies in q oĩa q̃ libent licẽt. Nã papa cũ oĩbus archiep̃is episcopis & uniuerso pessundat̃ clero. Et sathane regnũ nũcupat̃. Ac p hoc eccl'iastica eneruari q̃rit̃ cohertio cõcilia ꝓinde reꝓbant̃ Impator deniq; nõ roman⁹: sed papistic⁹ nuncupat̃ pape seruus. Qui cũ ab hijs antichr̃us interpretet̃ Erit impator & antichristi seruus. Nã horum sentẽtia Romanũ dudũ in grecis defecit impium. Iniustaq; facta est imperij p papam antichristũ a Grecis in Gallos consequenter in germanos translatio. Erit ergo non imperium: sed tirannis. Et cum tam iniusto possederint titulo nunq̃ prescripserũt/ nec prescribere poterũt ut iusti cẽseant̃ imperij

possessores. Male etem̄ fidei possessor nullo unq̄ tempore prescribit
Judicū. 17. et 21. Bene ergo euo nostro quadrari potest id quod in libro Judicū di-
citur. In diebus illis non erat rex in Israhel: sed unusquisq̄ quod
sibi bonum uidebatur faciebat.

Consectarium Sextum.

Cum in ueteri testamento deus supremū instituerit consistoriū.
In eo uidelicet loco quē dominus elegerat ꝓ diuino cultu ꝛ summi
pontificis residētia ad resoluendū ambiguas diuine legis questio-
nes ut duodecima Indagine est ostensum. Eademq̄ in nouo testa-
mēto nos maneat necessitas. Sequit̄ decretū hoc diuinū ꝛ in nouo
testamento ꝓ auctoritate esse habendum. Cum non sit ceremoniale
nec iudiciale more aliorum iudicialiū: sed ad credenda ꝛ agenda ex-
pediens plurimū ꝛ necessarium ut omnis testatur controuersio per
sathanam nostro suscitata euo. In quo quiuis scripturam diuinā
suo quadrat capiti. Et perperā ad sensus a spiritusancto minime in
tentos deflectitur tantaq̄ animositate/ temeritate uerius ꝛ presum-
ptione. ꝓprij capitis defenduntur conceptus ut contradictores infi
nitis afficiantur cōuicijs/iniurijs/irrisionibus ꝛc̄ inuoluant̄ herese
os ꝛ blasphemie criminibus quicunq̄ secus senserint / predicaue-
rint/docuerint / atq̄ illi. Tanto dominio diuinum sibi uendicāt spi
ritum quasi ipsi soli cum eodem spiritusancto familiare ꝯtraxerint
contuberniū/aut forte consiliarij eius fuerint. Reuolue lector mo-
derna que circūferunt̄ scripta/ab eisdemq̄ calumniosa/improperio
sa ꝛ id genus uerba ꝛ monstra infinita detrahe uidebis q̄ magna ex
parte opa ipsa truncaueris parū q̄ scriptorū remanere. Multo mi
nus ueritatis. O q̄ necessaria suprema aliq̄ in ecclesia auctoritas si-
ue in sede apostolica siue in cōcilio que tam periculosam reprimat ꝛ
compescat seditionē. Allegat̄ ꝓ contrarijs assertiōibus scriptura di
uina. Quis sententiā feret/q̄ ps spiritus diuini redoleat afflatū: ꝓ-
miscuū uulgus iudex constituitur. Et ruralis quisq̄ scripture cēsor
est diuine. ut demū uincere decernat qui ꝓcatior uerbis imperitā et
stolidā multitudinē ad suam deflexerit sententiā. Asserit̄ inter alia
nouella dogmata/magis credendū rurali scripturā sacrā allegantī
q̄ ꝯcilio nō allegāti diuinos apices. Quorsum talia tendūt dogma
ta: Ad seditiones/ad ꝯtemptū etiā cōciliorū euangelicorū. Verū si
diceret̄ magis credendū rurali allegantī diuinā scripturam scd̄m ue
rum quē spūssanctus efflagitat sensum q̄ concilio in eadē materia
scripturā ad sinistrū detorquenti sensum/aut sine scriptura contra

rium decernēti assentirer/fatemur ingenue Nec cōcilio generali acquiescendum aperte cōtra diuinā scripturam decernēti: Sed in dubio decreto concilij standum. Unde in Deuter. dicitur In ambiguis uenies ad sacerdotes ⁊ iudicem q̄ fuerit illo tempore queresq; ab eis qui indicabunt tibi iudicij ueritatē ⁊ facies quodcunq; docuerint te iuxta legē eius/ ⁊ penalis cōstitutio que sequit̄. Qui aūt supbierit nolens obedire sacerdotis imperio. qui eo tempe ministrat dn̄o deo tuo ex decreto iudicis morieť homo ille. Hec inquā cōstitutio iuste uēdicari potest ⁊ in nouo testamēto ut heretici obstinati igni tradant̄. Ratio em̄ que subnectit̄ uidelicet. Auferes malū de Israhel utrobiq; militat/ubi em̄ eadē legis ratio/ibi eadē lex. Cetera que in tertia pte scripti de missa priuata abroganda adserunt̄ uidelicet de sacerdotio legibus ⁊ sacrificijs pape. Et anthithesi decalogi Christi ⁊ pape cū sint scomatibus refertissima ⁊ ad seditionē procurandā tendere uideant̄ magis cū gemitu preterire q̄ tractare placet. Opinor scribentē inter scribendū non sui iuris esse sed genium suum aut nescio quem spiritum suum regere calamum. Det nobis omnibus deus optimus maximus spiritum suum sanctum qui ducat nos in omnem sicut filius suus promisit ueritatem Amen. Deut. 17

Soli deo honor ⁊ gloria.

Ad nonnulla obiecta Responsio. Caspar Sasgerus dilecto confratri: Salutem.

Epistola ex nomine tuo ad reuerendū patrem tuū prouincialē delata ⁊ ab eodem ad me transmissa tria cōplectit̄ dogmata in opello nuper a me cōflato (cui scrutinium diuine scripture titulū indidi) adserta / ex quibus ut scribis nō modica scandala ⁊ inter doctos suboriri uestris in plagis noscunt̄/ut ⁊ hereses ab eisdem cēseant̄. Est aūt primū quod inscripsisti dogma de actibus meritorijs. Placet autē tui ꝓcessus seriē in forma recitare Inquit nanq; (ais) idē tertio conatu cōfectorio quodā/ q̄ in omni actu nostro etiā meritorio sit peccatū ⁊ uiciū q̄ ad actū in se ⁊ ad eliciētem relatū/q̄uis a deo in ratione meriti acceptato/simpliciter nō est peccatū dicendus/nec peccare in eo sit censendus quisq̄/ probat id auctoritatibus sacre scripture. Et ratione tali summatim deus iustissime in sua iustitia exigit actum bonum/elici debere sine omni cōditione/rebellione ⁊ dissensione in homine/ ex hominis primaria institutione/quam in rebellem actionē homo non habet iam/ ⁊ deus ta-

men exigit. Ob id uicium ibi reperitur ꝛ peccatū/preterea in omni ope re bono etiā meritorio reperit̃ amor priuatus/ quia nullus unq̃ pure intuitu dei sine respectu alicuius retributiōis etiā eterne elicit̃ hinc ꝛc.

Uerum reuerende pater/ cum auctoritates inducte ꝑ eum / diuersis in locis scripture assignatis diuersimodos habeant suos intellectus ut patet ex circunstantijs eorundem locorū. Minus caute uident̃ huiusmodi auctoritates ad hunc sensum retorqueri. Nec ratio eius quo ad primā partem ualida uidetur. Etenim deus redemptione facta ꝑ Christum/quā participamus in baptismatis sacramēto debitū predictū diuina iustitia minime exigit a nobis a q̃ debito habendi/gratia Christi nos liberat. Rom. 7. Nec scd̃a pars rationis firma ꝓbat̃. Posita em̄ hac/ubi gratia spiritussancti. Imo inualida ꝛ imꝑfecta erit quod absit. que utiq; ꝑfecte sanat ꝛ sanare potest hoīem. Un̄ q̃plurimi sctōrū heroici dicti. ꝛ aliqn̄ purissime in deū eliciūt act⁹ ꝓpter seipsum/ absq; ulla retributione. Nec impossibilis est casus ut in Paulo conspicuū ꝛ uirgine gloriosa. Hinc ꝛ alie incōuenientie seq̄ uident̃ quas breuitatis studio obmitto. Licet em̄ generale quodāmodo sit quā tunicū q; purificemur ꝑ sacramenta/difficultas in actione meritoria/ tñ q̄a amplius nō debita. nec eam deus exigit ꝛc. Hec tua uerba in forma. Optarem mi frater ut anteq̃ aliquā carperes sententiam/ fundamētaliter prius eius uestigares intellectū/ne imprudens aliene doctrine iudicareris interpres. Ut aūt mentem meā in prefatis capias scriptis. Cōsidera primū materie hui⁹ fundamentū. Scriptura diuina ad duo nos solerti⁹ manuducit uidelicet. Ad gloriā dei in omībus manifestandam ꝛ a nobis summo querendā affectu. Ad nostram quoq; miseriā que culpam sequit̃ funditus ꝓ nostra humiliatione agnoscendā ut sic omne bonū

Osee. 13. pure tribuamus deo. Pleneq; nobis omne malum adscribamus. Ad quod dominus ꝑ ꝓphetā inducit. Perditio tua (inquiens) ex te Israhel tantummodo in me auxilium tuum Ex quo discrimen inter opera diuine iustitie ꝛ misericordie notamus ad nostra referendo opera.

Dicimus ergo secundū sacras literas/homo destitut⁹ primaria innocentia ꝛ iustitia (et si a deo in gratiā receptus) de cōmuni lege nō potest in tam perfectū ꝛ bonum opus exire/quod a diuina iustitia in nulla sui parte/ in nulla circumstantia aliquo modo iudicari possit min⁹ debito bonitatis habens/in numero/pondere ꝛ mēsura. modo spetie ꝛ ordine. Clausulā (de cōmuni lege) expresse adieci in Consectario primo circa finem. Et hoc ad beatissimā Mariā uirginem selegādam/ que sicut singulare fuit filij dei templū. Sic mirabile spiritussancti or-

ganum. In qua incõprehensibiliter opabatur spiritussanctus opa sua nobilissima. Ceterum nullus aliorum sanctorũ in hoc ipso uidet̃ priuilegiandus. Nonne assertio hec deo gloriam tribuit/ ꝛ nobis confusionem ꝛ humiliationem. Ad hunc sensum diuine scripture sum interpretatus auctoritates sicut ꝛ ad hunc sonãt. De quibus ais/ ꝙ diuersimodos habeant suos intellectus/ut patet ex circunstantijs eorundem locorum. Unde minus caute uideantur ad hunc sensum retorqueri. Si illos diuersimodos explicasses intellectus quadrassemus intellectum meum/ ꝛ illos diuersimodos ad scripturam sacram/ad uidendũ quis uerius firmiusq̧ in ea sederet. Prima/refellere conaris primam partem rationis tanꝗ̃ inualidam / quia deus redemptione facta per Christum/quam participamus in baptismatis sacramento debitum predictum diuina iustitia minime exigit a nobis a quo debito habendi/gratia Christi nos liberat. Secundam similiter hoc motiuo. Posita enim hac/gratia spiritussancti inualida ꝛ imperfecta erit que utique perfecte sanat ꝛ sanare potest hominem.

Considera ergo mi frater propriam tuam argumentationem/quomodo quadret ꝓposito. Ego de iustitia dei disputo/ ꝛ tu de misericordia obijcis. Nonne redemptio per Christum facta/ ꝛ baptismalis gratia opera sunt misericordie. Nonne misericordie domini multe/ quia non sumus consumpti. ꝙ illud debitũ nõ exigit a nobis/ꝓ hoc uerbũ teipsum inuoluis in meam sententiã. ꝙ debitum illud recognoscis. Si debitum habendi fateris. fateberis ꝙ deus/si cum iustitia nobiscũ agere uelit/exigere poterit quod in nobis non inuenit. Quid aliud Conatus meus intendit. Dicis cõsequenter ꝙ alioqui gratia spiritussancti inualida esset que perfecte sanat/quo modo ꝑfecte sanat? Nunquid fomitem tollit? Cur Paulus querulatur peccatum ꝛ legẽ membrorum in suo habitare corpore. An non grauis morbus? Sanat quidem perfecte ea sanitate quam deus sua misericordia dignatur acceptare. Non quam diuina exigit iustitia quia ad primordialem statum non adducit Unde non ob hoc est inualida. Tren. 3.

Subnectis. alias sequi inconuenientias quas breuitatis studio te asseris obmittere. Si illas explicasses: eas: ne te offenderent dimouissem. Sed cum non explicaueris per somnium capere nequeo.

Quod de plurimis sanctorũ asseris aliqñ purissime in deũ elicere actus ꝓpter seipsum absq̧ ulla retributiõe. Si bñ me cõportasti/sic posui Amor priuatus quẽ ad seipsũ spũs hũanus gerit/ad carnẽ quoq̧ ꝛ quãpiam rẽ aliã creatã nr̃e nature destitute adeo inheret tenacissime

q̄ nunq̄ elicit actum ita purissime & integerrime in deū ꝓpter seipsum ut summum bonum/quin aliquid concurrat de predicto priuato amore. Talis equidem purissima & integerrima in deū tendentia omnimodam exigit suiipsius quo ad carnem & spiritum mortificationem & abnegationem. Putas ne fomes q̄diu non est extinctus non remoratur
Mat 22. talem purissimam & integerrimam in deum tendentiam. Quis sancto
Mar. 12. rum consummate primum impleuit & maximum preceptum in uia. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo/ex tota anima tua/ ex tota mente tua/ & ex omnibus uiribus tuis. Vides hoc mandatum plenam expetere nature reformationē ut nihil in nobis sit quod non suo modulo in deum tendat/ q̄diu ergo non consummate hoc implemus preceptum. tamdiu a perfecta iustitia nos deficere iudicemus necesse est Obicis forte Deus ad illam perfectionem nos non obligat Respondeo. Nonne preceptum diuinū est. Et primum in quo alia depēdent? Non potest iustitia diuina a nobis exigere plenam illius precepti obseruantiam? Ad quid traditum est? Agamus gratias diuine misericordie que hoc a nobis noc exigit quod iuste exigere potest.

De secundo dogmate subiungis. Preterea idem Reuerēdus pater in fine quasi eiusdem conatus fauens Luthero scribenti ad spalatinū de disputatione Lipsica Ponit peccatum mortale & ueniale ex intrinseca ratione non differre: sed ex hoc dū taxat quia diuina uoluntas hūc uult actum eterna pena dignum esse. Illum uero nō/illud dictum/quo ad partem primam contra dicta doctorum & ueritatem censebitur iure refellendum. Hec tua.

Hic citare doctores pro testimonio particulari ferendo debueras ad ipsos testes examinandos & eorum testimonia. Nolo in scribentibus esse personarum (in preiudicium ueritatis) acceptor Veritatem a quouis exquiro sine personarum delectu. Vnde si dictum meum a doctorum dissidet dictis nō satis moueor. Sed quod subnectis. Et ueritatem. Hoc postq̄ probaueris probamentis tuis respondebo.

Quero interea abs te que est illa intrinseca ratio in opibus nostris propter quam hoc sit peccatum ueniale illud mortale/istud meritoriū. quid si dicam omnia opera nostra secūdum intrinsecam rationem esse mortifera utpote a radice infecta & a diuina iustitia damnata prodeuntia ut uiperarum genimina. Et q̄ aliquid dicatur ueniale hoc sit a misericordia diuina nostre fragilitati compatiente & condescendente. Cum diuine iustitie seueritas (que furor in scripturis diuinis nuncupat) lōge aliter iudicare posset. Ob quod iusti quoq; & sancti ad deū

clamant ne in furore suo eorum uitam & opera discutiat.

Si dicas peccata uenialia & mortalia distingui secundum legem dei obligantem/hic ad mortale/illic non/ Num lex dei est intrinseca ratio actuum nostrorum? Et quid est lex dei originaliter nisi uoluntas dei decernens hoc opus tali plectendum pena, Illud tali remunerandum bono. Porro cum apostolus dicat. Per legem cognitio peccati. accipietur & differentia peccatorum per legem/que per se diuine uoluntatis est signum. Stat ergo sententia non intrinseca: sed ratione extrinseca uenialia & mortalia distingui peccata. Quod & ipsa pretendunt nomina. Cur enim opus ueniale dicitur peccatum nisi quia eidem uenia datur. A quo datur uenia? Utique a deo. Est ergo ueniale eo quod deus/plecti noluit morte: sed ueniam dare/ Mortale uero quia uelit morte punire. Rom. 3.

De tertio dogmate subnectis. Preterea octauo conatu Dicit postquam locutus est de dignitate efficatia fructuque eucharistie. Ad huius catholice assertionis astruendam ueritatem nil refert substantia panis maneat uel non. Signandi enim ratio eadem est. Et ante illa dicta / inquit eadem indagine/ reficimur ea esca qua beati in patria &c. Quod totum geritur sub familiaribus nobis speciebus pane et uino. Hec ille. Uerba hec mea recognosco. uerba tua substituo. Uidere meo multum refert nec in dubium licet uerti An substantia panis maneat an non cum tuba euangelica id clarissime pronunciet quod ibi non sit substantia panis Joan. 6 Ego sum panis uiuus &c. Ego sum panis uite Et panis quem ego dabo caro mea est Et qui manducat hunc panem uiuet &c Et si esset ibi et remaneret substantia panis/ forma a Christo tradita. Hoc est corpus meum esset falsa. Hec tua.

Mastica melius mi frater uerba Christi/ ne sententiam precipites. Primum: Ex tua assertione facis articulum fidei. Si enim Christus quem tubam nuncupas Euangelicam clarissime pronunciat quod ibi sit substantia panis: Erit clarissimus articulus fidei. Sed quibus uerbis hanc probas claritatem? Primum quidem ex doctrina saluatoris. Ego sum panis uiuus/et panis quem ego dabo/caro mea est. Que uerba & similia ad eucharistie refers sacramentum. Et sic locutus est seruator noster tuo iudicio de carne sua uera & reali: similiter & sanguine. Hec enim uere & realiter in sacramento manducatur & sanguis bibitur. Quo ergo pacto uerba ipse interpretatus subiungit. Uerba que ego locutus sum spiritus & uita sunt. Quare non ait. Caro & sanguis sunt/uel de carne mea uera & meo sanguine uero/sicut discipuli intellexerant. Sequitur ex hoc tuo intellectu quod uerbum Christi in eodem capite: Nisi manduca-

ueritis carnem meam ꝛ biberitis sanguinem meum/non habebitis ui tam in uobis ad sacramentum eucharistie est referendum. Nam iuditio tuo de hoc loquitur. Qua sententia quot sanctos cōdemnabis heremitas? Sanctus Paulus primus heremicola per nonaginta circiter annos usq; in diem mortis non recepit sacramētum hoc corporaliter. Et pleriq; alij. Condemnabis quoq; infidelitatis/omnes qui nō sub utraq; specie cōmunicant cū tam clare saluator dicat: Et biberitis eius (sanguinē.

Preterea eadem interpretatione ꝛ hoc (quod seqtur) erit uerum. Qui edit carnem meam ꝛ bibit sanguinem meum/habet uitam eternam. Ergo quicunq; suscipit sacramētum habet uitam eternā. Saluator enim indistincte loquitur. Secundo probas per hoc si esset ibi ꝛ remaneret sub'tātia panis/forma a Christo tradita. Hoc est corpus meum/esset falsa. Vellem huius sentētie tue audire rationem quā pretermisisti. Volo tamen somniare tuum motiuum. Forma esset falsa/quia demonstratio falsa. Hoc est quia demonstraret panem q̄ non est corpus Christi. Obsecro habet ne sacerdos consecrans aliquid in manibus/cum dicit. Hoc est. an non? Dices/clarum est ꝙ aliquid. Et quid? Respondebis. Ante consecrationem panem post cōsecrationem Corpus Christi ut panis amodo nō sit/ibi/Et quid demonstrat hoc in principio uerborum ante completam consecrationem. Et si placet ad prime litere hiatum fugiat/substantia panis- quid in manibus sacerdotis remanet? Utiq; aliqd in manibus tenet. Respōdebis. Species panis remanent/Hee non sunt generice nec speciuoce: sed indiuiduales ut demonstratiuo hoc signari possint/quid de spetiebus? Sunt ne corpus Christi? Dices non. Et tamen demonstrantur per hoc. Remanebit ergo eadē difficultas de spetiebus que de pane. Nōne in meā reptabis sentētiā nihil referre sub'tātia panis maneat an nō ad catholice assertionis ueritatem eucaristie astruēdam. non facit sacerdos uerba cōsecrationis proferēs (sicut nec Christus fecit) demonstrationem phisicam. Sed theologicam que est demonstratio fidei innitens diuine promissioni dictanti post cōsecrationem uere ibi esse Corpus Christi ꝛ sanguinem. uanas subtilitates circa phisicam demonstrationem hominibus relinquens ociosis. In calce epistole scribis Excusaui huc usq; quantum potui hunc Reuerendum patrem ob ordinis reuerentiam ne a ueritatis amatoribus tanq̄ heretici ꝛ heresibus consentanei iudicaremur. Pergrato animo hanc tuam in me complector beniuolentiam. Et si non propter me uerum ordini hanc impenderis humanitatem. Ueruntamen non excusatione cuiuspiam egeo/ nisi uera fuerit ꝛ

meis quadrans scriptis. Liberum autem cunctis tribuo non sermonem sed calamum. scripta mea impetendi pro ueritatis inquisitione. Nec quisq̄ me suis offendit scriptis/quantũuis lucubrationibus meis non quadrantibus. Modo ueritatis amore ⁊ Christiana fiat modestia. Paratus enim sum (secundum Petri sententiam) semper ad respondendum cuilibet petenti/ut loquar de ea que in me est spe cū mansuetudine ⁊ reuerentia.

Uale dilecte mi confrater/⁊ responsa hec
in cordis sinceritate suscipito.